Hunc dauid inuentu. uerbo qz cibo qz refecit.
Ductore qz sue fecit inesse uie.
Hic amalechitas sequitur. uidet hos epulantes
Funditus extinguit. uictor ab hoste redit.
Egrotans iuuenis egyptius. huius amator
Est mundi. uiciis tinctus. agendo malum.
Sepe relinquitur hic mundo despectus ab ipso.

Fractus in aduersis · ad bona queque piger.
Sed dauid inuenit hunc · qui noster sepe redemptor
Quos mundus spernit · ditat amore suo.
Pascit eum sacra uerba docens · faciens que magistrum
Tanquam ductorem perficit esse uie.
hoc duce conuiuas amalechitas fugat · angit.
Opprimit · extinguit · purpurat arma cruor.
Per tales xpc complet sua gaudia · uincit
Quos mundus comites spreuit habere prius · De morte
His gestis samuel dat morti debita · cui⁹ samuelis ·
post obitum uexans isrl' · hostis adest.
Consulit ergo saul dominum si debeat hostem
Vincere · sed nullum reddidit ille sonum.
Mox phytonissam petit · hanc rogat ut samuelem
Suscitet · absconsa qui manifestet ei.
Demonis arte potens · maga suscitat illa prophetam ·
Quod rex inquirit · indicat ille sibi.
Vertitur an mulier de morte uocauit ipsum
An ut similem speciem finxerit arte sua.
Augustinus ait contingere quodlibet horum
Iusto iudicio posse sinente deo · De morte saul et filiorum eius.
His ita completis · accingitur hostis in hostem
Bella phylisteus · isrl' arma mouet.
Intra uaginam torpescere mucro recusat
Euomitur gladius eius ab ore foras.
Fit satur hostilis · hostili sanguine mucro ·
Armorum pascit sanguinis unda sitim.
Regum siue ducum · cristatur uertice ceruix ·

Lorice membris lora parantur equis.
Collocat in collo miles clipeum latus ensi
Federat astantes lanceat hasta uiros.
Accedunt lites lituum clangorque tubarum
Turbarum turbans agmina corda mouet.
Hic tumet ille timet fugit hic hostem fugat ille.
Hic premit hic punit hic furit ille ferit
Prelia tebarum uel troie bella nouantur.
Milicie florem demetit ensis ibi.
Paruus ibi tydeus ibi magnus obit capaneus.
Ille potens ferro uiribus ille ferox.
Turbidus hic turnus audax ibi corruit aiax.
Hectore troia caret argos achille suo.
Tota phylisteis cedit uictoria uictus
Israel occumbit plebs gladiata cadit.
Sanguineo stillant surgentes flumine montes
Sanguine rorantur qui modo rore carent.
Se ferit ense saul se ferro percutit eius
Armiger hebreus hunc ait esse doech.
Tres regis geniti iaculorum uulnera passi.
Aminadab ionathan melchisue que cadunt.
Ysboseth hic aberat quem mater fuderat anno
Quo cepit fungi regis honore saul.
Hic etiam legitur implesse decem quatuor annos
Cum patris regni cepit habere decus.
Ex hoc colligitur quod per denos quater annos
Ut dixi tenuit regia sceptra saul.
Flesse dauid scriptura refert de morte saulis.

De casu ionathe. quos tulit una dies.
Sic q̄ suus xp̄c in membris plangit eos
Casum peccando qui cecidere deo.
Gelboe siccantur montes p morte saulis
Et fructu pdunt. et sine rore manent.
Gr̄a iudeos in xp̄i morte reliquit.
Et summū pdunt corda supba bonū.

Lib. 2.

De unctione dauid in regem.

Post ionathe mortem patris qz saul. dc̄s unctus
Rex supra iudam sceptra tenebat ibi
Porro sup poplos alios ad culmina regni
Ybosech egreditur nobilis abner ope.
Princeps milicie dauid esse ioab phibetur.
Milicie princeps ybosech. abner erat.
Inter utrosqz diu mouit discordia bellū.
Sz magis euicit. pars animosa dauid.
hinc abner bis sex pueros. totidē ioab inde
Eligit. ut moueant. obuia bella sibi.
Pugnantes cecidere simul. quia uiuet ensem.
In latus oppositi. figere quisqz suum.
Sz iosephus narrat. ex abner parte peremptos
Esse uiros. pueros non cecidisse ioab.
Tertia plebs abner fugit. insequitur ioab hostem.
Instigans pceres uoce monente suos.
Ter quos eius frater non segnit hostes
Turbatos asael. ab ysai q̄ fugant.
hic asael capreas cursu uincebat. ut eius
Quiuis pennatos crederet esse pedes.

Post abner uolat hic. premit. urget. lumina princeps
Figit in hunc. et ait. porrige frena pedi.
Non mea terga premas. ne te configere cogar
Cuspide. sed frenum non dedit ille pedi.
Huncque princeps in partes inguinis. hasta
Transforat aduersa. saucius ille cadit.
Dum properans asael laudes sibi uendicat. hasta
Inguine transfixo sauciat abner eum.
Sic homines quosdam. dum gloria pascit inanis.
Inguine secreto sepe libido forat.
Sic pugnans domus inde dauid. domus inde saulis.
Tempore se multo bella mouendo premit.
Sed robusta dauid uirtus plus surgit in altum.
Plus uiget hoste suo. plus probitatis habet.
Porro dauid regem natura beauit in ebron
Sex pueris. patris in quibus hesit amor.
Amnon. et celyab. ac absalon. ac adonyam.
Saphatiam. getatam. quos liber iste uocat.
In quibus enituit uultu puer absalon. astris
Siue rosis. certans. ouis honore sui.
Compluit hunc tanto diues natura decore
Quod siciens et egens post sua dona fuit.

Felix. et fenix hic fuit absque pare.
Unam nec maculam natura reliquit in isto
Ad caput. a planta transuolat iste decor.
Vertex. frons. oculi. nasus. dens. os. gena. mentum.
Colla. manus. pectus. pes sine labe nitent.

Frontis planicies albedine certat olori.
Siue niui. nullo que pede trita fuit.
Aurea cesaries in uertice uertitur. anno
Tonsa semel. siclis digna mereret emi.
Emittit [illegible] pe[illegible] geminos oculorum lumina soles.
Ad quorum [illegible] cedunt astra minora iubar.
Nasi facturam moderatrix norma uenustat.
Nec breuis aut longus. set moderatus erat.
Victores eboris dentes intellige. nullum
Tanti candoris india gignit ebur.
Florum nobilitas ori contendere puro
Non audet. tantus ridet in ore decor.
Alba rubens. gemino gena picta colore. maritat
In se purpureis. alba ligustra rosis.
Mentum nascenti florens lanugine. sexum
Femineum dampnans. indicat esse uirum.
Absque pilis candor in colli colle diescit.
Nec niueum fuscat umbra pilosa decus.
Quinque manus pollens digitis. extende palmam
Plus didicit pugnum quam retinere suum.
Robustum uirtute foris. sensuque refertum
Interius. gemino pectus honore uiget.
Molis corporee sustentat fortiter artus
More columnarum. firmus uterque pedum.
De specie pueri. facient hec uerba legentes.
Ad uerum seriem penna redire parat. De morte hysb.
Hysboseth offendit hoc tempore dux suus abner
Turpi dilectam regis amore premens.

Sauciat ille ducem ubis· hic concipit iras·
Regnum conuertit ad dauid arte sua·
Sed mucrone ioab tanquam pro funere fratris
Clam ferit hunc· pietas regia plangit eum·
Exit in hec g rex uerba super caput eius
Cui necis est auctor· hec maledicta cadant·
Non sit deficiens· et nunquam cesset ab eius
Ede· uel ipsius stirpe sua ue tribu·
Sorde fluens· lepram paciens· fusum que reuoluens
Ac mucrone cadens· pane cibo que carens·
Scismaticos notat ecce ioab· que seminis isti
Sorde fluunt· fluxe dum mala carnis agunt·
Hii lepram tolerant· fusum que rotant· que sectas
Sectantur uarias· immobiles que manent·
Ense cadunt· et pane carent· que iudicis ira
Punit eos· nec eis esca superna datur·

De morte recab et baana·

Post rechab et baana· furtorum labe notati
Ysboseth insidias· exicium que parant·
Eius tecta petunt· spicas que ferunt· quasi regi
Primicias· medium sole tenente diem·
Dum que sopor premit hanc· que seruans hostia purgat
Grana· sui domini clam caput ense metunt·
Hoc dauid ostendunt sperantes dona· sed illos
Suspendens· auibus rex alimenta dedit·
Purgat grana domum conseruans femina· quando
Separat a uicio mens studiosa bonum·

De unctione dauid in regem· et de archa·

Rex dauid effectus omnē sup̄ isrł urbis
Ierl̄m muros obsidet. hancq; capit.
Iste phylisteos mouet ad noua prelia rumor.
Quos fugat. 7 ꝑimit. 7 ferit ense dauid.
Inde domū petit aminadab. cū milite m̄lto.
hic supra plaustrum ponitur archa dei.
Aminadab pueri. plaustrū q; bouesq; regebant
Bini. ꝑcedens aior. 7 oza sequens.
Dumq; dauid canet. 7 tympana tanget. errant
Declinantq; boues. ꝑna fit archa dei.
Oza manū tendens accessit ut erigat archam.
Sz nimis audacem mors fuit ulta manum.
hunc ideo dicunt meruisse necem. q; nocte
Transacta. coitu coniugis usus erat.
Declaratur in hoc. q̄d si pollutus ad aram
Accedas. mortis uulnere dignus eris.
hoc uiso timuit dauid. inq; domo sobeth archa
Transfugerit. dn̄s cui benedixit ibi.
Rex post ista suam transferre laborat in urbem
Archam. cum modulis. hymnidicis q; sonis.
Cogitat inde domū dn̄o fundare. sz audit
A dn̄o. templi non fabricator eris.
Es uir sanguineus. ideo dignū in templū
Non fabricare potes. filius immo tuus.
Sanguineus uir. eū signat. qui crimina carnis
Amplectens. templū non ualet esse dei.
Ecclesie sc̄e talis non erigit edem.
Nec sacre fidei collocat ille domū.

Namq; supiectas sordes deterge' pure
Nescit nostra manus. sz tenet illa lutu.
Ac oculus noster turbat' pulue' uertu
In membro pura luce notare nequit.

De nunciis dd' qb; anon rasit barbas.

Post moriente naas. rex anon filius eius
Efficitur. patris sceptra locu q; tenens.
Mittit ad hunc famulos dauid. ut de morte patria
Leniat hunc. et eos federet unus amor.
Sz male respondens anon. missos inhonestat
Indignu reddens pro pietate scelus.
Radit eis medium barbaru. uestis amictu
Truncat. eos nudans parte tegente nates.
Sauciat hoc animu dauid. in ierico iube illos
Abscondi. donec barba uenustet eos
Anon. hoc nomen dolor illor sonat. hostem
Designans p quem crescit in orbe dolor.
Hic barbam famulis dauid aufert. qndo magistros
Quosdam corrupit. qui sacra uba serunt.
Qndo p hunc sordet uirtus sermonis eor.
Tunc ueluti radi barba uidetur eis.
Cumq; palam poplo deformia facta reuelat.
Tunc ueluti nudas indicat esse nates.
Tales in ierico maneant. donec muliebrem
Deponat spem barba pfessa uiros.
Ut quasi sint humiles. fiant q; p ipsuma frm.
Donec uirtutu gra crescat eis.
Donec honoret eos sumi clementia regis

Et dignos faciat uultibus esse suis.
Dedignata gene muliebri serpere solos
Vestit barba uiros. fortia facta notans.
Rex famulos reuocat barba crescente redēptor
Quorum uirtutes crescere cernit amat.
Milite collecto dauid omnes conterit hostes.
Sic et xpc eos qui nocuere bonis.
Tempore iudicii. cum uenerit ordine cinctus
Angelico. penas inferet ille malis. De bethsabee et dd.
Huius actis. dum bethsabee se tingeret unda.
Hesit in hanc oclō rex. et amore simul.
Hanc rapit. hac fruitur. uryam pdit. et ipm
Pdit. bethsabee concipit. inde parit.
Offendit dnm res ista. nathan quoque pphām
Dirigit ad regem. pdit in ista nathan.
Quidam paup erat. quidā ditissimus. unā
Paup ouem. centū diues habebat oues.
Paup ouem pascebat. ouis pascebat egenū.
Vir dabat huic pastū. lac dabat illa uiro.
Sustentans inopem. lanā cum lacte ministrans.
Hec inopi uictum. delicias que dabat.
Vidit. et inuidit diues. tulit hanc ab egeno.
Ex hac hospitibus dans alimenta suis.
Rex igitur pfer. quid uir reus iste meretur.
Que scelus hoc debet. ulcio digna sequi.
Rex inquit. reus est necis. huius criminis auctor
Bisque duas inopi reddere debet oues.
Tu uir es ille nathan ait. uryam spoliasti

Coniuge uel uita dignus es ergo mori.
Cum fueris diues multis uxoribus una
Coniuge contentus ille uir unus erat.
Peccaui dño rex inquit. ait q3 pp̄heta
A te peccatum transtulit ecce deus. alleg.
Nunc q̄d bethsabee notet. urias. dd. audi.
Signat & hic aliq̄d regia culpa bonū.
Designat xp̄m dauid. urias synagogam.
Bethsabee legem. si bene queq3 notes.
Nuda placet regi species in corpe nudo.
Non in uestito regius heret amor.
Nuda placet xp̄o lex non uestita figuris
Candida scriptorꝝ lilia xp̄s amat.
Vryam priuat rex coniuge. xp̄c hebreos
Lege sua dampnū nescit uterq3 suum.
Q̄m gerit uryas. uriam littera pdit.
Que gerit hebreus p sua scripta pit.
Vxores tot habens alias q3 dauid sibi iunctas.
Cur signat xp̄m. cū deus ista uetet?
Ista figura fuit. multe signant in illis
Gentes. quas xp̄c iunxit amore sibi.

De thamar. & de morte ammon.

Ammon qui maior fuit de pueris dd. ignes
Concipit. egrotat uictus amore thamar.
Inuitam niueo deflorat honore sororem.
Virgineū plangit lesa puella decus.
Eicit oppressam frater. fugat. odit. eam q3
Obtrusis foribus cogit abire foras.

Absalon inflammat. lese iactura sororis.
Fraternam tractat corde tacente necem.
Fratres ergo suos ad mensam colligit omnes
Perimit ense reum. regia pompa fugit.
Auditu regis mors ammon uulnerat eius
Interitum plangens. regia lingua strepit.
Post planctus. et post gemitus. mulier tecuites
patri conciliat absalon arte ioab.
Ierusalem rediens ibi fit nouus incola. curr
ac equites statuens. efficiens que sibi.
Verbis mellifluus populi uenatur amorem.
Consilium prebens. auxilium que ferens.
Post annos decies quatuor. ad dauid inquit. in ebron
Ire paro. domino debita uota ferens.
Transierant anni tot ab illo tempore. quando
Urbs nobe presbiteris est uiduata suis.
Ut pateat nunc uelle deum punire reatum
Regis. qui tante cedis origo fuit.
Nec libro credas. qui quatuor asserit annos.
A falso liber non erit iste liber.
Aspirans regno. percunctans israel urbes.
Legatos iussit absalon ire suos.
Ut ueniant armis succincti. se que sequantur
Nam parat insigni regis honore frui.
Insignes ad eum proceres glomerantur in ebron.
Post regem sequitur. infima turba nouum.
Additur achytofel sibi. qui uelut angelus. omnis
Consilii nodos soluere certus erat.

Cor dauid hic rumor forat. urbem deserit. exit.
Flensque gemensque patrem plebe sequente suum.
Tristis eum sequitur sadoch. achimaas genitus eius
Filius. abyathar flet. ionatham que suus.
Dumque dauid graditur semey conuicia promens.
Et lapides mittens turbat euntis iter.
Ille sue culpe memor et malefacta retractans.
Pro culpa dicit aspera queque pati.
Achitofel que uiri docti non inmemor. inquit
Eius consilium destrue queso deus.
Hec piere preces. cusay se fingit amicum
Absalon esse nouum. rege iubente dauid.
Ergo quod achitofel fieri iubet utile. falsis
Destruit hic uerbis. istud agente deo
Achitofel que uidens sua pondere uerba carere.
Per laqueum factus est homicida sui.
Postea pugnatur. plebs uincitur israel. hostes
Victos. insequitur pars animosa ioab.
Qui mulo residet. caput absalon arbor inescat.
Perforat hunc triplici cuspide dextra ioab.
Mittitur in foueam. lapidum depressus aceruo.
Suspirans pietas regia plangit eum.
Iudam pendentem notat. absalon arbore pendens.
Qui christo pacis oscula falsa dedit.
Ille patri proprio bellis ac fraude molestus
Exitur. auctorem perdidit ille suum.
Vel potius populus signatur hebreus in illo
Qui semper christo fraude molestus erat.

Huius cor ppli triplici transfigitur hasta.
Namque triplex factum est uelut hasta triplex.
Cordis quippe tumor est lancea prima. secunda.
Crimen auaricie. tercia liuor edax.
Elati cordis ppls fuit ille. supernum
Cultum contempnens ydola uana colens
Cordis erat cupidi terrenis rebus adherens.
Diuicias cumulans ad mala queque celer.
Inuidus est factus obliquo lumine cernens.
Ore malo carpens signa beata dei.
Mittitur in foueam uir nequam. sic in aceruum
Post obitum carnis. transit hebrea tribus.
Congerie lapidum. defuncti membra teguntur
Pondere culparum. pressus hebreus obit.
De puero rex suspirat. sic xpc hebreis
Condolet. illius qui studuere neci.
Iam que tribus omnes dauid eligerent. non bocri
Filius obsistat. cui syba nomen erat
Ille tuba cecinit. proceres hortatur. abelam
Ingreditur. ppls israel heret ei.
Premittens amase rex milicie dominatum.
Ut iudam glomeret. precipit ire uirum.
Ac illo faciente moram ioab obuiat illi.
Erit in hoc uerbum. mi bone frater. aue.
Per que manum dextram mentum tenet eius et ensem
Per leuam rapuit. cui forat ense latus.
Inde ioab cinctus socius obsedit abelam.
Ut capiat ciues. interimat que sybam.

Sȝ mulier ciuel hortando sybe caput aufert.
Piciens qȝ caput cogit abire ioab.
Ille manu dextra mentū socij tenet aures
Qui socij mulcet aurea uerba serens.
P qȝ manū leuam. uagine surripit ensem.
Qui p nequiciam clam feriendo nocet.
Pro gabaonitis est facta fames trib; annis.
Cessat. qn̄do saul est crucifixa domus. Prima
Marte phylistei conturbant isrł. illo pugna.
Deficit in bello nobilis hasta dauid.
Instat iesbedenob arapha de stirpe. trecentis
vnceolis telum grande tenendo manu.
Nititur iste dauid transfigē. s; necat istum
Abysai. cuius audisi hasta manum.
Tunc monuere dauid pceres. ut bella caueret.
Ne pdat lumen tanta lucerna suum. Scd̄a.
Pugna sequens in goth fit. sabocay cadit illic.
Siue sephy. cuius fertur origo gygas. Tercia.
In goth post istam fit tercia pugna. gygantem
Betheum punit. a deitate datus. Quarta.
Goth q̄rta pugnā psperit. habebat ibidem
vir senos digitos. seu pede siue manu.
Hunc ionathan genitus de frē dauid. gladiatū
Percutit. ꝛ saciat tela cruore uiri.
Qui manib; cecidere dauid. pceru̅ qȝ suoꝝ.
Quatuor ex arapha fluxit origo uiris.
Sic ueri dauid auxilio cadit omne supbū
Et deus in membris. uincit ubiqȝ suis.

Ergo dauid canit psalmū hunc. dn̄s mea uirt⁹.
Postq̄m pfectus uictor ab hoste fuit.
Designant᷑ in hoc uenturi tempa regni.
Cum nullos hostes sentiet ista caro.
Mox robustoꝝ conteritur ordo uiroꝝ.
Scōs designans pspicuos qȝ uiros.
Qui licet alta sciant. tres psonas deitatis
Non tam̄ attingunt. nec penetrare ualent.
hinc est qđ scriptum legis. abisay. banayas
Ad tres accessum non habuere uiros. De fonte bethleē.
Rex siciens. potū de bethleem postulat. undas
Tres hausere uiri. tres qȝ dedere dauid.
Ille sitim supans animi uirtute. liquorem
Fudit. uirtutis dans documenta suis.
Designant᷑ in hoc facto mysteria xp̄i. alleg.
Sp̄s almus eū scire futura dedit.
Non siciebat aq̄m de bethlem fonte. sȝ ortū
Xp̄i. qui uoluit sumere corpus ibi.
Fudit aq̄m dn̄o rex. sic patris hostia factus De nume
Xp̄c homo. mixto sanguine fudit aquam. ratiōe ppli.
Rex uocat inde ioab. noua dat precepta uocato.
Ut pplm numeret notificet qȝ sibi.
Milia dena quater bis. in isrl̄ ille notauit.
In iuda decies milia quinq; notat.
In palipomenon legitur. qđ milia mille
Israel. ⁊ centum milia. summa fuit.
Sȝ septigenta decies septena uiroꝝ
Milia. de iuda colligit ille sibi.

Omnis esse quidem numeratos narrat hebreus.
A duce. sed summam non dedit ille dauid.
Dux illos tantum regis declarat in aurem
Quos designatos in samuele legis.
Regia celestem parit iram culpa, propheta
Gad iussu domini nunciat ista dauid.
Ecce trium rerum tibi rex datur optio. septem
Annis uexabit teque tuosque fames.
Aut tribus instantes patieris mensibus hostes.
Aut per tres pestis curret ubique dies.
Rex ait. anxietas me torquet maxima. nescit
Mens mea quid uitet. quod petat. aut quid agat.
Gad respondet ei. matura reddere uerbum.
Ut me mittenti uerba relata feram.
Non homines inquit rex eligo. sed miserantis
Eligo uelle dei. qui pietate fluit.
Mox sequitur pestis. et langor et angelus ultor
Milia multa ruunt. terque quater decem.
Regi percutiens apparuit angelus ensem
Nudum limatum sanguineumque tenens.
Supplicat ergo deo dauid. ut manus ista quiescat.
Ut dolor hic cesset oro benigne deus.
In me uerte manum. scelus hoc. opus hoc. onus istud.
Rex non grex. pastor non mea fecit ouis.
Gad properans loquitur dauid. hic patet area grandis.
Huic areuna preest. ara struatur ibi
Rex emit hanc. aram struit. offert sacra. quiescit
Ira dei. cessat plaga. medela redit.

Ut phibent pater hic ysaac constrixerat aram.
Que pecudis roseo tincta cruore redit.
Ut dnm placeas offer sacra cordis in archa.
Archa dei nomen hoc areuna sonat.
Idem uir si scripta notes fuit orna uocatus.
Et lumen nobis orna sonare potest.
Nam p fulgorem fidei lumen qz serenu
Iusticie placeas concilias qz deum.

De morte dauid et de salomone.

Rex qz dauid senuit frigescere cepit amictu
Contegitur sz non consulit ille seni.
Queritur huic igitur abysac que gemma pudoris.
Quam flos etatis quam beat honor oris.
Ut regem foueat carpit cu rege soporem.
Sz rex non spoliat flore pudoris eam.
Virgo decora sacre doctrine scripta figurat.
Possideat cordis illa cubile tui.
Illa tuos foueat sensus tibi fiat adherens
Eius in amplexus mens tua semp eat.
Quartus adonyas int pueros dauid egru
Inspiciens patrem sceptra tenere parat.
Sz sensu monitu qz nathan dni qz fauore
Ascendit salomon patre iubente thronu.
Ungitur in regem ppli qz p ora resultat.
Uiuat rex salomon et bene sceptra regat.
Cuqz patris iussu culmen regale teneret
Egypti regis filia nupsit ei.
Qui cum partus adhuc undenu tangeret annu

Lib. 3.

Naturam superans incipit esse pater.
Bis sex annorum salomon cum sacra dedisset.
Grata deo meruit nocte uidere deum.
Quem deus alloquitur. pete munus quod cupis inquit
Ille. peto sensum. quo mea regna regam.
Regia diuino placuerunt uerba fauori.
Responsum que deus reddidit istud ei.
Et plures annos. non opes. non ab hoste triumphos.
Quesisti. detur quod petis ergo tibi.
Hoc solum sapiens. sed diues eris super omnes
Quos habuit mundus. quos uel habere potest.
Dormiuit ergo dauid. regnans denis quater annis.
Cui salomon tumulum fecit in urbe dauid.
Hunc circa tumulum. loculos octo locat auri.
Illos thesauris. diuiciis que replens.
Post annos multos hyrcanus dissipat unum.
Herodes alium. sic liber iste docet.
Sex alii loculi magica sunt arte reclusi.
Quos ita dispositos a salomone scias.

De duabus meretricibus.

Dum puer esset adhuc salomon etate senili
Pollebat sensu. se sapienter habens.
Traxit ad hunc. nuper lis orta. duas meretrices.
E quibus hoc uerbum protulit una prior.
Nos domus una duas habuit. nullus que manebat
Nobiscum. procul hinc arbiter omnis erat.
Intumuit uenter michi. natum profero partu
Post que duos alium parturit ista dies.


Opprimit illa suum depressa sopore meo que
Collocat in lecto nocte meum que tulit.
Rem que dolum que noto lac mane volens dare nato.
Et dolor illius fit meus ecce dolor.
Istius verbum respondens altera dampnat.
Dicens mortuus est non meus immo tuus.
Cumque stupens populus verbis hereret in istis.
Allatus gladius rege iubente fuit.
Rex inquit pueros in partes dividat ensis.
Dimidias partes illa vel illa ferat.
Exclamat mulier cuius vivit puer. infans
Huic detur vivus. nec gladietis eum.
Viscera matris enim super illum mota fuerunt.
Affectus matrem comprobat esse pius.
Nec michi nec tibi sit ait altera sed gladietur.
In binas partes dividat ensis eum.
Matris verba notans salomon. vivum iubet illi
Infantem reddi. que pia verba sonat.
Et qui verba prius spernebant edita. tamquam
A puero proceres ecce verentur eum.
Rex salomon. cuius nomen sonat pacem. illum
Signat. qui vere pacis origo fuit.
Falsa parens sertam puerorum. vel synagogam.
Ecclesiam. mater vera notare potest.
Mater falsa suum premit. tollens alienum
Ut necet. hoc heresis. vel synagoga facit.
Dum clamat. nos super infantes. crucifixi
Sanguis eat. proprios tunc synagoga necat.

Nec sibi sufficit hoc· sȝ seducens alienos
Quos parit ecclia· fraude necare parat·
Sȝ uox eccle· dum xpi clamat ad aures·
Ꝑ sibi sublatis sepe precando ualet·
Inqȝ suũ recipit gremiũ· quos fraus synagoge·
Vel fraus scismatici· sustulit arte sua·
Est gladius xpi sententia· que synagogam·
Ac heresim repbat· eccliam qȝ iuuat· De sensu salomonis·
Precedens salomon oms ratione ptos·
Ꝑ plus alius sensu· clarus in orbe fuit·
Scripsit enigmata tot· qđ erant tria milia· scripsit
Carmina tot qđ erant milia quinqȝ· canens·
Si tres ꝑsonas credis· tria milia scribis
Lege noua· ueteris legis· enigma loquens·
Si seruire deo ꝑ sensus quinqȝ laboras·
Das de carminibȝ milia quinqȝ deo·
Quicquid in arboribȝ· uirgultis· floribȝ· herbis·
Seminibȝ ue latet· in salomone patet·
Oms naturas pecudũ cognouit· ⁊ omnis
Reptilis· ⁊ piscis oms· ⁊ omnis auis
Inuenit uoces quibȝ adiuuare solebat
Egroꝝ morbos· subsidium qȝ dabat·
Obuia spiritibȝ· inuenit uerba malignis·
Inde fugabat eos· non remanere sinens
De caracteribȝ fuit auctor· quos preciosis
Insculpsit gemis· mira potenter agens·
Qs cum radice quã nouit· naribȝ egri
Ponens· pellebat· demonis omne genus·

Utilis hebree fuit ista scientia genti.
Ante tuum partum uirgo beata parens.
Nam te spirituum rabies insana malorum
Corpora uexabat multa furore graui.
Inde refert iosephus quod mira gerens eleazar
Exorcista fuit tempore tyte tuo.
Demoniis plenos hic coram uespasiano
Ac tyto sanos hac racione dabat.
Utque probaret eis uir per nares pacientis
Egressum sathanam uas statuebat aque.
Egresso sathane tunc imperium dabat ut uas
Vertens egressum se manifestet eis.
Egrediens demon metuens precepta iubentis
Euertebat aque uas laticemque simul.

De salomone qui disseruit a cedro et cetera.

Disseruit salomon a cedro donec ad herbam
Ad carnem ueniens a deitate sua.
Aut ysopus signat humiles cedrusque superbos
Iustum iudicium christus utrique dabit.
Porro super ligna rex disseruit quia pendens
In ligno christus iudicat inde reos.
Templum rex salomon in terris christus in altis
Construit illa domus preterit ista manet.
Cum cedris libani lapides parat ille politos
Rex terrenus opus erigit inde suum.
Virtutum meritis animas polit ille fideles
Rex celi fabricam subleuat inde suam.
In regis templo non est audita securis.



Nullus in etherea sede tumultus erit.
Malleus hic tuus est. que te paciencia tondit.
Vt sic ad celi regna politus eas.
Qd cubitis constet. et quid domus illa figuret.
Discite nunc lector. qui sacra scripta legis.
In longum decies senos. denos ter in altum.
In latum cubitos bis gerit illa decem.
P longu. longeua fides. signat in ista
Vita. que p sex. currit in orbe dies.
P sublime. nota spem que consurgit in altu.
Vel tres psonas in deitate nota.
P latum qd habet cubitos decies geminatos
Designatur amor fratris. amor q; dei.
Celestis fabrice structura bonis tribz annis
Surgit. xpc opus. pficit inde suum.
Interius ligno paries tectus fuit omnis.
Viuifice q; crucis istud imago fuit.
Que scos omnes in uera pace manentes
Ptegit. et munit. consolidat q; fide.
Templu dum fieret. nebule caligo repleuit.
Cernere non poterant psbiteri qd agant.
Caligo nebule. turgentes plebis hebree
Doctores. dnos. pontifices ue notat.
Quor mens spnens in xpm crede. nunqm
Aspicit erroris nube repleta deum.
De. xii. bobz a salomone in teplo factis.
In templo factos ex ere boues duodenos
Inter. res alias. a salomone scias.

In labro quod erat ex ere boues locat illos.
Labrum siue boues cerne quid ista notent
Bis sex disciplos. ex ere boues duodeni
Designant xpistum qui studuere sequi.
Quod resonat fiunt ex ere boues. quia clamor
Oris apostolici sparsus ubique fuit.
Per labrum terre signari credimus orbem.
Quem perillustrauit illa beata choors.
In uirtute patris nati flatusque beati.
Baptizans gentes. instituensque fidem.
Vt iosephus scribit. dum rex salomon opus illud
Construit. inuentus est lapis unus ibi.
Qui nulla potuit in templo parte locari
Donec suscepit angulus hospes eum.
Excipit hanc petram sublimior angulus edis.
Que gemino muro fibula facta fuit.
Inde dauid loquitur. reprobus lapis in caput edis
Efficitur. de quo lumina multa stupent.
Est lapis hic reprobus mediator. quem reprobauit
Et quem dampnauit. liuor hebreus iners.
Sed surgendo caput fit nostrum. dum synagogam
Ecclesie socians. nectit utramque sibi.
Vt nil de lignis. nil de gemmis preciosis
Nil de sculpturis. delicijs ue loquar.
Auri fertilitas. argenti copia nullis
Exprimitur libris. qua nitet illa domus.
Qui per plateas lapides sparguntur acerius
Argenti fieri non potuere pares.



Inter opes alias quarum florebat honore
Festiua salomon extulit arte thronum.
Vendicat ex ebore sibi materiam thronus auri
Regia nobilitas uestit et ornat eum.
Auro fulgentes eboris candore leuncli
Bis sex assistunt respiciuntque thronum.
Hec duo maiores alij desunt ibi leuum
Possidet hic dextrum possidet ille latus.
Totam sustentant sedem duo brachia senos
Sculptor in ascensu fecit inesse gradus.
Tam festiua fuit predicte gloria sedis.
Omnibus in regnis spreuit habere parem.
Rex salomon christus maiestas numinis aurum
Alma parens thronus est et pudor eius ebur.
Bis sex discipulos bis sex assigno leunclis.
Laudibus instantes uirgo maria tuis.
Est gabriel dexter leo leuus uirgo iohannes
Virgineus custos ille uel ille fuit.
Qui bene dicuntur propter duo liba leones.
Nam quasi rugitum uocis uterque dedit.
In mundo gabriel sic rugit aue to maria.
Quod leo sit gabriel indicat iste sonus.
Est uerbum factum caro promunt ora iohannis.
Dum tonat his uerbis factus et ipse leo.
Sex bona sex gradibus signantur pax modus equum.
Spes robusta fides integra uerus amor.
Brachia que sedem cingunt utrobique figurant
Cum symeone ioseph qui tenuere ihesum.

Par opus huic opi nusq̄m monstrat̄ honori
Par nullus poterit esse maria tuo. De regina aust.

Austri reginam de finib3 orbis ad urbem
Jrl'm regis fama stupenda trahit.
Plurimus hanc cetus comitat̄ aromata gēmas
Ornatus auri pondera multa ferens.
Que regina saba ꝓponit enigmata soluit
Rex salomon reserans clausa stupenda docens.
Auribus illa bibens uim ciborꝝ sua pascens
Eius deliciis lumina tota stupet.
Iuero famam testata fuisse minorē.
Inquit q̄d famam uincēt ipse suam.
Dans aurum gēmas spes et aromata regi.
Suscipit a regis plima dona manu.
Unam radicem que nutrit balsama regi
Reginam iosephi scripta dedisse ferunt.
Ut radicis odor uites inbalsamet inter
Engadi uites hanc posuere uiri.

De eo q̄d regina aust̄ nūciauit salomoni lignū crucis.

Post reditū regina suū q̄d dicē presens
Noluit hoc absens p sua scripta docet.
Indiciis certis regi prenobile lignum
In saltus positum nunciat esse domo.
In quo priuet̄ uita pendens homo cuius
P nece ius regni pdat hebrea tribus.
Hoc metuens salomon rex intra uiscera t̄re
Abscondit lignum delituit q3 diu.
Donec ꝑuenit piscina ꝓbatica circa

Xpc tuum tempus illud habere sibi.
Esse crucem dicunt hoc lignu(m) nobile. cuius
Extinxit uirtus. lumen heb(re)or(um) tuum.
Ecclesiam regina notat de gentib(us) ortam.
Que fugiens mundu(m) querit amando deu(m).
Dat gemmas caste uiuens. dat aromata spargens
Virtutes. aurum dat sapienter agens.
Miratur sensum salomonis. du(m) sacra xpi
Verba legens in eis mystica multa uidet.
Inuoluit regem p(ro)cessu temp(or)is error.
Eius corrupit cor. muliebris amor.
Vxores q(ue) suas metuens offendere. celi
Non timet offensam. numina falsa colens.
Ad rex inueniat ueniam. tantos q(ue) reatus
Puniat. hoc nusq(ua)m pagina sacra docet.
Ieroboam seruus salomonis temp(or)e quoda(m)
Egrediens in agru(m). carpere cepit iter.
Quem clamis ornabat noua. mox occurrit ayas.
Bis sex in partes. diuidit hanc. (et) ait.
Tolle decem tibi scissuras. d(omi)n(u)s tibi dicit.
Tot tribuu(m) princeps (et) d(omi)nator eris.
Possideat q(ue) tribum salomonis filius una(m).
Ne penitus pereat tota lucerna dauid.
Ieroboam surgens isto sermone laborat.
Vt plebs excutiat a salomone iugum.
hac causa salomon parat hunc gladiare. s(ed) ille
Transit ad egypti regna cauendo necem.
Regnauit salomon rex. denis bis quat(er) annis.

lib. 4.

Post hec cum patribꝫ dormiuit ille suis.
Successit roboam iuuenū qui uba secutus
Surda consilium transijt aure senum.
Ergo decem spreuere tribus seruire supbo.
Quarꝫ ieroboam rex dn̄s qꝫ fuit.
Binos ex auro uitulos quos uulgus adoret
Conflari fecit immemor ille dei.
Dum sacra rex offerret eis ait abdo pph̄a.
Aras cultores destruet ira dei.
Josias de stirpe dauid pcedet ad ortū.
Qui tanti sceleris celitus ultor erit.
Istud erit signū presens ruet ara liquescent
Sacra fidem uerbis res dabit ista meis.
Hunc iubet ergo rapi rex. sꝫ manꝰ aruit ei.
Quam precibꝫ sanat ille pph̄a suis.
Mox ruit ara ruunt sacra rex miratur illi
Precipit ut secū prandeat ille negat.
Jussit ait dn̄s me nunqm̄ tangere panem.
Donec sit reditus ad mea tecta meus.
Decipit hunc senior falso sermone pphēta.
Instinctu. [illegible] cuius uescitur ille cibo.
Dumqꝫ sedens asino redit occurrit leo uita
Priuat eum sꝫ ei uulnera nulla facit.
Non asinū tangit neqꝫ defunctū leo ledit.
Inter utrunqꝫ fera stat feritate carens.
Designatur in hoc facto ne tu cito credas
Omni spiritui qui ratione uiges.
Sꝫ precepta serues dei ne te leo tangat

Qui iustis fraudes insidias que parat.
Forte uel hanc penam iustus deus intulit illi.
Ne post hanc uitam pena sequatur eum.

De morte ieroboam. et de morte roboam.

Sceptra bis undenis postquam super israel annis.
Ieroboam tenuit. morte iubente ruit.
In iuda denos et septem clauserat annos. De alua.
Rex roboam. cum lux ultima clausit eum.
Post roboam. regni susceperat alua coronam.
Facta paterna sequens ydola uana colens.
Debita dat morti. cum regnasset tribus annis.
Et successit ei. filius asa suus. De asa.
Hic in ierusalem regnasse decem quater annis
Dicitur ac uno. plurima recta gerens.
Qui domini cultor. sordes exterminat. aras
Destruit. excelsa non tamen inde tulit. De iosaphat.
Debita dat morti. post inclita prelia regni.
Suscepit iosaphat. filius eius. onus.
Natus ieroboam nabal. super israel. a se
Post annum primum. cepit honore frui.
Qui patris acta sequens. rex annis pene [illegible] duobus
Perdurans. baasa fraude peremptus [illegible] obit.
Factus rex baasa. iuxta silonitis aye
Verbum ieroboam percutit ense domum.
Hic fuit in tersa rex. annis bis duodenis
Non tamen impletis. pessima nulla cauens.
Hic obiit. post hunc regnat. hola filius eius.
Et regnans annis iste duobus obit.

amri dux equitū ferit hunc eius crucem
Illius hasta bibit dum bibit iste merum.
Fit rex occisi solium conscendit. et omnē
Sanguineo baasa demetit ense domū.
Non nisi septenis regnans in tersa diebꝫ
Exitit. agnouit isrł eius opus.
Zamri constituit regem qui clarus in armis.
Qui flos milicie. uir quoque ꝑitus erat.
Obsidet hic zamri. timet hic. fugit. subit aulā.
Tradit eam flammis. seque domū que suam.
Porro deū spernens zamri sup isrł annis
Bis sex regnauit. et nece dignus obit.
Filius eius achath regnat sup isrł annis
Iste bis undenis. functus honore fuit.
Omne scelus regū qui precessere. reatu
Precessit. peccans. iustificans que reos.
Natā methabaal regis sibi iunxit adorans
Ydola. iezabel sponsa uocata fuit.
Iste baal seruit. dñi contemptor abhorrens
Seruicium dñi. thurificans que baal.
Edificans ariel iericoo construxit in eius
Tempe. qui iosue uba seuera luit.
Filius eius obit primus dū construit urbē.
Dum portas ponit. ultimus eius obit.
Mox ait helyas ad aab. ros non tibi fiet
De celo. donec stillet ab ore meo.
Precipit helye deus hec abscondere degens
In torrente charith. confluet esca tibi.

Te dape pascet ibi coruorum cura ministrans.
Panes et carnes. uespere. mane ferent.
Dum famis est tempus. coruorum cura ministrans
Helyam pascit. dans alimenta sibi.
Mane ferunt panes. prebent in uespere carnes.
In tali uictu. magna figura latet.
Peccans fit coruus. sed dum peccata fatetur.
Pane cibat fidei nunc quasi mane deum.
Credens quod nostra caro. mundi fine resurget.
Dat carnes tanquam uespere xpiste tibi.
Est uelut esuriens helyas. quando salutem
Esuriens nostram. nos pie xpiste uocas.
Mittitur ad uiduam uir prudens. audit ab illa
Ante meam mortem. colligo ligna duo.
Nomine non solo ligni signata. sed ipso
Lignorum numero. ligna fuere crucis.
Helye sacro benedicitur ore farina.
Ac oleum uidue. fertilitas que fluit.
Munda caro domini. sacra crismatis unctio. possunt
Hec duo signari. tute per illa duo.
Siue farina fides operum. dilectio feruens
Est oleum. iustis non perit iste cibus.
Per uiduam. de qua cantatur. uiduam benedicam.
Ecclesiam. sapiens quisque. notare potest.
Mors rapit huic uidue puerum. uir suscitat illum
Predictus. fertur iste fuisse ionas.
Predictum reparat altare. baal que prophetas
Omnes occidit. istud agente deo.

P dn̄i seruū qui clauserat ethera nulla
Nubes in sicco tempe uisa fuit.
Post spes hominis monstrans uestigia signū
Venture pluuie uisa patensq; fuit.
Sic fuit ariditas in legis tempore nullum
Pducens fructum littera legis erat
Sz post tos nubis xp̄i descendit ad ortū.
Cum nos mundauit crimine mundꝰ homo.
I nde pph'a uiros bis sex inuenit arantes.
I n quibz implebat hoc helyseus opus.
helyas clamidem sup hunc iacit. ille pph'at
Et mox dimisso patre ministrat ei. De morte naboth.
Regis achab domui fuit herens uinea naboth
Pro qua rex offert dona. sz ille negat.
I ra quatit regis animū. non hoc latet eius
Vxorem. cepit mente rotare dolos.
plena dolis munit regali scepta sigillo.
I niusta naboth morte pire facit.
Rex ut possideat qđ nequiter abstulit ibat.
Obuiat helyas. aspera uerba tonat.
Rex occidisti. possessor fc̄s es. illud
pena letali puniet ira dei.
hic ubi lingua canū madidit lambendo cruorē
I nnocuū. lambet lingua canina tuū.
I ezabel sanguis lambi cernet in agro
I ezrael. implebit uerba relata deus.
Rupta ueste. pilis rex membra tegit sua. dormit
I n sacco; pno uertice carpit iter.

Sic deus helye fastus a corde supbos
Excludens humilis est in ftis achath.
Non inquit fiet sceleris uindicta dieb;
Istius. ista uidens filius eius erit.
Inde ioram nato iosaphat. iubens athalya.
Filia regis achath. iunxit amore duos.
Inter achath. iosaphat q; simul. tam nobile fed'
huius coniugij. fibula pacis erat.
Cultu mutat achat. iosaphat pugnare coegit.
Vt ramoth galaath tollat ab hoste sibi.
Du pugnant. un' ex hostibus edocet artum.
Vt iaculum mittat. missa sagitta uolat.
Audijt illa manu mittentis. achat ferit. ille
Corruit. hostis abit. est q; sepultus acath.
Sanguineq; cuius. du fonte lauant habene.
Sanguinis humore. lingua canina bibit.
Sic ueru sonuit helye sermo pphete.
Qd stillaret acath sanguis in ora canu.
huic ocozias successit filius. annis
Sceptra duob; habens. fca paterna sequens.
Bis denis iosaphat annis 7 quinq;. benigne
Irlm regnans. dormit in urbe dauid. De morte
Eius sceptra ioram suscepit filius. annis ochozie.
Regnans octo. bonus primitus inde malus.
Rex ochozias. qui regnabat sup omnem
Isrl. a summo lapsus ad ima ruit.
Egrotat. dni contemptor. ad ydola seruos
Dirigit. an possit uiuere. scire uolens.

Obuiat helyas. ait his. hoc dicite regi.
Cur uero preferes ydola falsa deo.
Non igitur uiues. tibi nulla medela iuuamen
Conferet. ad mortem te trahet iste dolor.
Regi declarant legati uerba prophete.
Adducant ut eum. rex iubet ire uiros.
Cum quinquagenis dux mittitur unus ad illum.
Cum tot adest alius. ignis utrosque uorat.
Tercius euasit princeps humili prece mortem.
Ad regem properat inde propheta dei.
Qui dum uerba dei regis misisset in aurem
Regreditur. uita rex spoliatus obit.
In quinquaginta solet esse remissio culpe.
Ad solum xpm pertinet ista salus.
Quem iudea negans. quinquagenos ait annos
Non geris. ac abrahe lux tua uisa fuit.
Et quia non credunt huic qui peccata remittit
Iudei. uictrix flamma cremabit eos.
Tercius euasit princeps qui saluus habetur
Qui tres personas in deitate colit.

De ascensione helye in celum.

Tempore quo currus helyam tollere debet
Igneus. ille suum carpere cepit iter.
Cumque suo famulo iordanis aquas petit. undam
Palliolo tangit. tacta dat unda uiam.
Et dum uerba serunt. helyas sic helyseum
Alloquitur. quod amas posce. petita feres.
Hec petit ut duplex sit spiritus eius in illo.

Intulit helyas munera magna petis.
Et tu recipies munus sicquando recedam
Me uideas uerbum nec feret aura tuum.
His dictis nouus hunc turbo diuisit et illum
Igneus helyam currus ad alta rapit.
Mi pater exclamans quantum licuit sibi uisu
Prosequitur famulus eius euntis iter. Alleg.
Helyas nostrum caput exprimit hic helyseus
Ecclesie plebemque famulatur ei.
Peccati uenia uirtutum gratia que plebs
Postulat ecclesie sunt duo dona dei.
Hec tibi conferri per christum querit et istis
Muneribus semper quisque fidelis eget.
Sed culpe uenia non indiguit quia christe
Nunquam peccauit sed fuit absque nota.
In se uirtutes solas habuit quia nullum
Hic nisi per sacrum pneuma peregit opus.
Sic habet helyas munus simplex helyseus
Duplex hec christe plebs quoque fidelis habens.
Vel sic helyas defunctum suscitat unum
Vere defunctos das helysee duos.
Palliolum cadit helye rapit hoc helyseus.
Iordanem tangit inde sed unda stetit.
Ille deum helye uocat rursus quoque fluenta
Palliolo tangit prebuit unda uiam.
Helye clamis est raptus christi munere cuius
Transitus ad uite gaudia summa patet.
Hanc clamidem retinet helyseus quando fidelis

Plebs incarnatū credit amat q; dn̄m·
hanc retinere fidem post ascensum crucifyxi·
Nos regit in mundi fluctibꝫ ista fides·
Ni prius ille deū uocet helye· tacet unda
Fluminis· absq; deo sic bona nulla facis·
Hec caro qua tegit̃ deus est signata ꝑphete
Palliolo· qđ ei dum petit alta cadit·
Astra petente deo· tn̄ hic retinem̃ amictū
Carnis· in altari quē sacra uba faciant·
Pallioli tactu transis helysee fluenta·
Ad uitam nobis fit uia scā caro·
Igneus helyam rapit ad celestia currus·
Non ope· non curru· scandit ad alta deus·

De aquis dulcoratis ꝑ helyseum·

Orat plebs ut aquas ierico stiles helyseus
Sanet· ⁊ effugiat gustus amarus eas·
Accipit hic rude uas ⁊ fictile· mittit in illud
Sal· iacit in fluuiū· sicq; medetur aquas·
Monstrat in hoc facto uir· qđ fieret caro uerbū·
Corporis humani uas sociando sibi·
Nomine quippe salis· recte sapia patris
Exprimit̃· ꝑ uas fictile· nr̄a caro
Cum sale uas mittens· in aq̃s helyseus· easdē
Sanat· nec remanet gustus amarus aquis·
Signat̃ ppl's ꝑ aq̃s· sterilis fuit ille·
Donec in humana carne redēptor adest·
Irridendo senē pueri dicunt helyseo·
Ascendat caluus· hic maledixit eis·

Vrsi de silua duo prorupere. duos q;
Consumunt pueros dente. decem q; quat.
Caluicie. locus exprimitur caluarius. in quem
Ascendit. pendens in cruce xpe homo.
Iudei pueri sunt. clamantes ita xpo.
Vt tibi credamus. de cruce xpe ueni.
Descendit super hos tamquam maledictio xpi.
Dum perdunt legis iura. suum q; decus.
Vrsi designant duo. tytum uespasianum.
Per quos ierlm. terra q; capta fuit.
De silua populi gentilis. uterq; fremendo
Venit. hebreorum milia multa necans.
Ter denos pro denario mercator habebat
Iudeos. patet hic ultio digna dei.
Quot pueri pauere nefas. fluxere tot anni
Ad belli tempus. a cruce xpe tua.
Aurea uacca gemens. helysei gemit in ortu.
Signans quod falsos destruet ille deos.
Bos iudea fuit. uitulum que format in auro.
Ex ortu xpi que sua dampna gemit.
Dans famulo baculum tardas helysee. ministro
Nil agitur. surgit te ueniente puer.
Ille fuit baculus moyses. lex nuncius ille.
Ille propheta ihs. nos puer ille sumus.
Nil confert puero baculi permissio. uitam
Reddidit aduentus. huic helysee tuus.
Non hominem saluat. premisse littera legis.
Cepimus aduentu uiuere xpe tuo.

Olla prophetarum completur agrestibus herbis. De olla
Lex uelut olla fuit. uerba seuera tenens. prophetarum
Gustus amarus erat. sed sal uir sanctus in illo
Mittens. pulmentum gratum inde facit.
Lex austera fuit. sed doctrine sale fuso.
Dulcorat christi gratia legis onus.
De lepra naaman sanata.
A naaman lepram fugat hic iordanis in unda
Dum se per septem diluit ille uices.
Sic in aqua christus baptismi pneumatis almi
Munere septeno. crimina nostra lauat.
De securi cuius ferrum cecidit in flumen.
Quidam dum scindit prope flumen ligna securi.
A ligno ferrum prosilit. ima petit.
Ille notat christum. qui presens corpore mundo
Terrebat duris arida corda minis.
Hoc per baptiste linguam dicebat. adherens
Iuxta radices. ecce securis adest.
Prosilit a ligno ferrum. cum carne relicta
Infernum christus tempore mortis adit.
Sed ferrum redit ad lignum. cum morte subacta
Ad corpus christus uictor ab hoste redit. De morte
Post hec egrotans elyseus debita morti helysei.
Persoluit. tumulus ossa beata tegit.
Illius in tumulum proiectus mortuus haurit
Vitam. uitalis transit ad ossa uigor.
Ad solum tactum defuncti membra prophete
Defunctum faciunt uiuere. stare. loqui.

Sic homines xp̄c peccati morte sepultos.
Ad uitam ꝓpria morte redire facit.
De ezechia egrotante.
Rex ezechias in lectū decidit. audit
A dn̄o se non uiuere posse diu.
Ergo p̄cando dn̄i lacrimas effundit. ad aures
Ascendit dn̄i. uox lacrimosa precum.
Annos quindenos dn̄i clementia. uite
Illius adiecit. uota preces q; uidens.
Missus ad hunc g̃ ysaias. nunciat illi
Annos concessos. et pia uerba dei.
Ꝓ signo uite rogat hic. ut solis ad ortū
Umbra decem gradib; possit abire retro.
Hoc in regis achath orologio fuit actum.
Ꝑ q; gradus denos umbra reu̇sa fuit.
Istis in gradib; mysteria magna latebant.
Ecce quid ista notent. discute. quere. uide.
Porro figura xp̄i uetus umbra. ꝑ illos
Descendisse gradus fert̄ ad ima soli.
Xp̄c iusticie sol. ascendisse ꝑ ipsos
Postq̄m surrexit. fertur ad alta poli.
Prim̄ grad̄ in angelis.
Cum ds̄ alloquit̄ iacob uelut angls̄ illo
Descendens ds̄ est. sit prior iste gradus. In patriarchis
Post hec descendens ds̄ extitit in patriarchis. ii.
Illos multiplicans. sit grad̄ iste sequens.
Qua tribuit moysi ds̄ est in lege locutus. In lege
Dicit̄ et merito tercius iste grad̄. iii.

In iosue quartus per quem perduxit hebreos. In iosue. iiii.
Et divisit eis debita regna deus.
Est in iudicibus quintus. sumus quod iudex In iudicibus. v.
Iudicium per eos. consilium que dabat.
Post in regibus est sextus. quod rexit hebreos In regibus. vi.
Ipse per hos reges regia iura docens.
Septimus in nobis sancti iustique prophete est. In prophetis. vii.
Per quos predictus fulsit in orbe deus.
Octavus in pontificibus et presbiteris.
Est in presulibus octavus. namque sacerdos
Ipse sacerdotes pontifices que dedit.
Nonus in homine hoc est in carnis assumptione.
Quo deus assumens carnem. descendit in alvum
Virgineum. nonus dicitur esse gradus. In passione. x.
Post tormenta crucis faciens ad tartara christe
Descensum. decimum monstrat adesse gradum.
Sic quasi per legis umbram veniendo per istos
Huc descendisti christe benigne gradus.
Ac iterum sicut sol iusticie per eosdem.
Ut surrexisti. scandis ad alta poli.
Sic umbram veterem. veri fulgore serenans.
Ore clave tui clausa patere facis.
De destructione ierusalem a chaldeorum principe.
Rex qui per fastum monstravit opes alienas.
Omnia predoni preda fuere malo.
Sic animus iusti. si de virtute superbit.
Perdit opes anime. demonibus que patet.
Sic ioachim iezechia captivat hebreos.

Rex babilonis eos ad mala multa trahens.
Muris ierusalem ualidis munita cocorum
Principe destruitur menia lapsa ruunt.
Virtutes anime sic princeps destruit aluus.
Cui parat arma cocus dans renouansque cibos.
Nam neque quis poterit uirtutum tangere culmen.
Si dominetur ei uentris iniquus amor.

De reedificatione templi a ihesu sacerdote.

Post annos decies septem soluuntur hebrei.
Ierusalem redeunt. pristina festa nouant.
Pristinum magnum templum iuuenescere cepit.
Fit que uetusta domus illa puella recens.
Sic post hanc uitam que soluitur orbe dierum
Septem nos reuocat ad sua templa deus.



Explicit liber regum IIII.
Incipit liber machabeorum I. prol.

Magnus alexander qui primum grecia regem
Floruit et terris multa trophea tulit.
Hic mundi peragrans fines et subiugat orbem
Tota que terra minor uiribus eius erat.
Porro de poro mira uirtute triumphat.
Cogit et e darii gente tributa dari.
Annis bissenis bis senas erigit urbes.
Quas insigniuit nominis eius honor.
Nutritos secum iuuenes moriens uocat. illis
Diuidit et tradit regna subacta sibi.
Bissenis dominans annis morti uir obedit.
Cuius uiuit adhuc nescia fama mori.

De destructione templi ab antiocho.

Post eius mortem. iuuenes quibus ille reliquit
Ius regni. nec se. nec bene regna regunt.
Ex his antiochus nascens processit ad ortum.
Radix peccati. promptus ad omne scelus.
Regni grecorum centenus septimus annus
Venerat. hic demens cum diadema rapit.
Hic subit egyptum. succinctus milite multo.
Et diadema duplex. uendicat ense sibi.
Eius ad ingressum rex egypti tremit. ense
Ieiunum sepelit. cedit. init que fugam.
Hostibus exclusis. sic imperat ille duobus
Regnis. cum spoliis multa trophea refert.
Post hec ierusalem petit. intrat nobile templum.
Omnia comminuit. aurea uasa tulit.
Absconsas predatur opes. totum que quod eius
Lumina pascebat. tollit. et inde rapit.
Post que duos annos in ierusalem tur ab illo
Mittitur ut cogat inde tributa dari.
Qui mel in ore gerens. sed habens in corde uenenum
Pacis habet uerbum mente rotando malum.
Namque uiris multis accinctus. conterit urbem.
Ense necat dominos. concremat igne domos.
Turribus edificant firmis urbem dauid. escas.
Arma. uiros fortes hoc posuere loco.
Scribit et antiochus iudeis ut omnis adoret
Ydola. thurificet. sabbata nulla colat.
Qui superponens altare dei. super hoc simulacri

Rex statuam statuit· ut sacra dentur ei
Qui variis mactans aris loca multa· suillas
Offerri carnes· et noua thura iubet
Si quis contempnat regis mandata· cruore
Purpuret· et faciet regia tela suo·
Fit nouus ergo dolor· fit planctus· luctus inundat·
Deuiat a cultu regis hebrea tribus·
Multi thurificant· ibum regale uerentes·
Plebs que reluctatur multa parata mori·
Quinque potens natis· surgens illo mathathyas
Tempore· cum pueris sedit in urbe modyn ·
Cum ionatha symeon· eleazar· cum que ihoanne
Judas· cognomen cui machabeus erat·
Plures eius erant· pater hos· alios que monebat·
Ut legem teneant· et sacra iussa dei·
Vallatus que suis· uacuos sine laude remittit
Regis legatos· consolidat que suos·
Jura dei spernens quidam iudeus· et aris
Thurificat· iussu regis in urbe modyn·
Jsta uidens necat hunc mathatias· quem super aram
Truncat cum famulo regis· ait que suis·
Post me qui zelum legis tenet exeat· ergo
Jpse preit· sequitur turba cauendo scelus·
Montes ascendunt· latitant ubi iussio regis
Hos neque deterret· nec facit esse reos·
Res patet hec regi· iubet ut cum sabba legis
Seruant iudei· bella parentur eis·
Ex his sed cadunt quasi mille uiri· mathatyas

Plangit eos· donec pars animosa choat·
Quam neque simplicitas· neque sabba sancta refrenant·
Sed pugnans hostes terret· eos que terit·
Porcorum sternuntur are· necnon que deorum
Are· respirant sabbata sancta patrum·

De morte mathatye· et de iuda·

Post hec tempus adest· ut mors rapiat mathatyam·
Tollitur e mundo· plangit hebreus eum·
Post patris occasum iudas machabeus· ut hostes
Extingat· gentes conterat· arma parat·
Fratribus et sociis· et cognatis· et amicis·
Fultus et adiutus· uulnus in hoste facit·
Turbas hostiles turbans· medios que per hostes
Irrumpens· rupit more leonis iter·
Sternit apollonium· cuius gladio latus ornat·
Pugnat in hoc· ferit hunc et feriendo furit·
Hoc perit ense seroth rex et plebs suus· aures
Antiochi rumor uulnerat iste grauis·
Iratus que petit persas· ut congreget aurum·
Lysie credens res que locum que suum·
Ipsi precipiens ut misso milite cunctos
Conterat hebreos· uiribus ense fame·
Ergo gorgyas· ptolomeus· nychanor ab illo
Mittuntur· pugnant· nil ea pugna ualet·
Obstat eis iudas· omnes eliminat hostes·
Hos premit· hos punit· hos necat· hos que secat·
Sobrius in gestis· semper fuit· sed hostis iste
Sanguine sepe suus ebrius ensis erat·

Fratribus adiut⁹· tymotei castra remouit
Hostilis satians tela cruore globi·
Qđ gens polluerat altare dei nouat· istud
Dedicat· ⁊ templū ditat honore nouo·
Panes· ⁊ mensam· candelabra· uasa· lucernas·
Psallens cū modulis· ille reponit ibi·
Aureolis facit hoc templū ridere coronis·
Qđ qꝫ diu senuit· iam iuuenescit opus·
Saucius egrotat isto rumore· maloꝝ
Conscius antioch⁹ rex· animā qꝫ uomit·
Qui nimio moriens pressus languore· phylippū
Secū nutritū iussit adesse sibi·
Huic a rege datur ꝓ nato purpura fulgens·
Anulus arridens· ⁊ diadema micans·
Vt ferat antiocho nato· que rex dedit ipsi·
Ipsu̅ regalis ornet honore throni·
Sꝫ misera regis audita morte· lysias
Hunc qꝫ nutrierat· regis honore beat·
Tunc iudas sperans ad presidiu̅ uolat arcē·
Vt debellet eos quos habet illa uiros·
Milia centena peditū rex motus ad iram·
Colligit· ac equitū milia quinqꝫ quat᷑·
Adduci qꝫ iubet ter denos tres elephantos·
Q̄s monstrat᷑ eis morus ⁊ uua rubens·
Quingentos equites· ualidos pede mille· regentes
Astantes qꝫ sibi· bestia queqꝫ uidet·
De lignis turres iniecte desup̱ extant·
Turris ⁊ una uiros fert q̄ter octo duos·

Intus erat ductor unius astans elephanti·
Qui doceat quicquid esse necesse videt·
Dividitur regis exercitus· altera montes
Pars tenet· altera pars infima valle habet·
Quod micat in clipeis sol luce reverberat aurum
Aureus et splendor montibus inde datur·
Occurrit iudas sexcentos obruit hostes·
Vaginam siccus mucro subire negat·
Precedens alios elephas supereminet unus·
In cuius regem turre manere putant·
At iude frater eleazarus heret in illum
Intuitu· volat huc laudis amore calens·
Hinc perimens ac inde premens· feriensque furensque·
Per medios hostes preparat ense viam·
Et se supponens elephantem perfodit· illum
Diruit ut victor· victus et ipse ruit·
Iste vir exprimit hunc· qui carnea vota refrenans·
Peccatum superat· sed tamen inde tumet·
Tunc velut victor bene dicitur· et quasi victus
Quando malum superat· mente superbit homo·
Mox iudas redit a bello· rex instat et astat·
Bethsuram que capit· ierusalem que petit·
Diversi generis fabricatur machina· pugnant
Exterius gladii· pugnat in urbe fames·
Temporis hoc spacio rediens a perside querens
Regia tractare iura philippus adest·
Saucius audito tali sermone lysias·
Regem cum iuda federis iure facit.

Facta pace redit rex. armis obsidet urbem
Que ducis antiochi nomine. nomen habet.
In qua disponens regalia iura phylippus
Vincit^{ur}. huic regis preualet ira loco.
Tunc a romana demetrius urbe. seleuci
Filius exit. abit per loca iuncta mari.
Patruus antiochus epiphanes. fecerat istum
Exutem regni. dum puer esset adhuc.
Accusans patruum puer iste. fit incola rome.
Audita patrui morte. redire studet.
Et redit. et regnat. exercitus ipse lysiam.
Antiochum que necat. presidet ille throno.
Alchimus ex aaron descendens stirpe. sacerdos
Esse parans. iunxit amore sibi multos
Hic iudam multis accusans regis in aurem.
Predonem regni nunciat esse sui.
Mittitur hic igitur cum bachide. deinde nichanor.
Qui bellis reprimunt hostica bella suis.
Post iude gladius respirans seuit in hostes.
Et fracto uictus ense nichanor obit.
Ense metunt dextram. linguam que nichanoris hostes
Dextra datur fumo. lingua fit esca cani.
Alchimus hoc spacio ueniens cum bachide pugnat.
Vt iudam perimat milia multa trahunt.
Pugnant. impugnant. expugnant acriter hoste.
Arma premunt iude. martis et artis ope.
Iudas turbatur turbarum turbine. uictus
Corruit. est passus pro dolor ille dolos.

Ille uir occubuit· qui turris· qui leo· qui lux·
Qui flos· qui gemma· quique columna fuit·
Occisum redimunt symon ionathasque redempti
Cum planctu tumulant corpus in urbe modyn·
Porro loco fratris· ionathas cum bachide pugnat·
Mille uiros sternit· hic fugat· ille fugit·
Irlm fugiens· munitas extruit urbes·
Custodes ponit· inde redire parat·
Alchimus inde domum sanctam dum destruit· ipse
Destruitur· morbi uulnere pressus· obit·
Post ionathas pacem firmat cum bachide· mucro
Dormit· terroris nescia· terra silet·
Victus alexander penetrat ptolomaida· natus
Antiochi regis nomen adeptus ibi·
Cum ionatha fedus iniit· demetrius eius
Ense cadit· belli gloria cessit ei·
Victor ad egypti regem transmittit ut eius
Filia nubat ei· quod petit· ille dedit·
Nubit alexandro cleopatra· regia rident
Fercula· uina fluunt· organa leta canunt·
Affuit hic ionathas· quem regis purpura uestit·
Qui uaria dignus laude redire studet·
Dum uenit a creta rediens demetrius alter
Post patris occasum· tertius annus adest·
Fugerat hic ad auos maternos patre perempto·
In syriam superatis urbibus inde redit·
Missus apollonius· dux nuper factus ab illo·
Ad bellum ionatham mouit· at ipse fugit·

Intrat templa dagon ut se tueatur. at ignem
Apponit ionathas. templa uirosque cremat.
Qui cecidere foris. et qui periere cremati.
Ter quatuor et tot adhuc mille fuere uiri.
Gaudet alexander. uariis hic rebus honorat
Approbat hoc auri fibula missa uiro.
Porro studens sceleri. rex egypti. socer eius
Querit alexandri regna tenere dolo.
Qui postquam multas eius sibi subdidit urbes.
Quam prius huic dederat coniuge priuat eum.
Eius agente dolo demetrius hanc sibi iungit.
Cedit alexander rex. arabasque petit.
Illuc tradit eum matris sanguinis ortus.
Filius antiochus iunctus inhesit ei.
Rex arabum metuens ne rex egypti ipsum
Turbet. alexandro demetit ense caput.
Rex ouat egypti. sed turbat gaudia presens
Meror. tercius hunc tollit ab orbe dies.
In solio patrum regnat demetrius. illic
Demetit ense reos. regna paterna regens.
Notus alexandro triphon arabas petit. inde
Antiochum reuocat patris ad arua sui.
Imperat hic multis cedit demetrius illi.
Antiocho fauet urbs antiochena modo.
Cum ionatha fedus facit. et cum symone fratre
Ipsius. tyrium quem facit esse ducem.
Antiochum trifon. hoc tempore perdere temptat.
Ut se regalis ditet honore throni.

Sed ionatham metuens prius insidias parat illi.
Quem ligat apponens uincla suos que necat.
Plebs sua plangit eum credens hunc esse peremptum.
Symon dux fratris incipit esse loco.
Accelerans que studet symon attollere muros
Jerusalem sumptus artifices que parat.
Ut redimat ionathan triphon notum facit illi.
Dicens quod ionathas debitor eius erat.
Conscius ille doli nec uerbis credulus istis.
Ne plebs culpet, quod petit ille dedit eum.
Argentum pueros que duos transmittit ad illum.
Sed necat hic pueros perfodit ense uirum.
In terram redit inde suam symon que cadauer
Fratris cum planctu condit in urbe modyn.
Septem piramides statuit matris que patris que
Sunt bine fratrum quatuor una sui.
Erigit insignes dux illic arte columnas.
Sculpturis que nouis uiuere cogit eas.
Armorum species sic sculpta refulgurat illic.
Ut cedes hominum tela sitire putes.
Sic etiam naues opifex ibi sculpsit ut illas
Credas per medium uelle uolare fretum.
Hoc spacio triphon occulta fraude peremit
Antiochum regni suscipit ipse iugum.
Tunc ineunt fedus symon demetrius iras
Obuiant dextras dant animas que ligant.
Ad gazam ueniens dux belliger ydola tollit.
Arcis ierusalem miles obedit ei.

Dum symon uict̃ ramis sua palma refulget
Palmarum iubili plebis ab ore uolant.
Iste uidens qđ ui. qđ polleat ense iohes
Quē genuit. gaze precipit esse ducem.
Contra triphonem tunc rex demetrius ibat.
Sz male respondet glā laudis ei.
Arthersex rex ꝑsarum. uiuū capit istū
Marte uel arte uictū. sz sine morte tam̄.
Terra quieta silet sub symone. uulgꝰ hebreū
Nec terret gladius. qđ regit illa manꝰ.
Sub ficu. sub uite sua. sub fronde. sub umbra.
Quisqꝫ manet tutus. symonis ense ducis.
Ex auro clipeū minarum mille. minarū
Expertem. romam dirigit absqꝫ minis.
hic clipeus. uelut orator. uel fibula pacis.
Federis amplexu. iungit utrosqꝫ sibi.
Antiochus quē ꝓgenuit demetrius isto
In t̃ram patrū tempe fecit iter.
Qui faciens fedus cum symone. ꝑlima spondens.
Plurima transmittens. factus amicus ei.
Rumpit hoc fedꝰ. nam glā symonis. illi
Parturit inuidiam. que sibi uisa fuit.
Natos quos genuit symon. uocat inde iohem
Milia bina cadunt. frater uterqꝫ redit.
Dux ierico natus aboby ptolomeus. auro
Diues. et argento. cepit inire dolos.
Symonis ut natos ꝑimat cū patre. laborat.
Ut soluat regio. tota. tributa sibi.

Ignarus fraudis. cū iuda. cū mathatia.
In ierico symon. forte pergit iter.
Nectare ridentes ptolomeus eis parat escas.
Vina pando foris. mente uenena parans.
Hic mensam uarius dū potius inebriat. ille
Ebria iustorum sanguine. tela facit.
Tres cecidere uiri. symon. iudas. mathatias.
Exceptis aliis. qui sociantur eis.
Dirigit in gazam munitos ense. iohannem
Vt perimant. plures pestifer ille uiros.
Nunciat hoc facinus precurrens fama iohanni.
Munit ierusalem. pestiferos que necat.
Qui patre defuncto titulorum laude choruscus.
Summi pontificis. cepit honore frui.
Symone quod debet morti soluente. iohannes
Qui fuit hyrcanus. iura paterna subit.
Qui fuit occisor patris. insequitur ptolomeum.
Qui timotheus erat. nomen utrumque gerens.
Ille duos fratres uinctos cū matre tenebat.
Quos gladians. morti tradit. init que fugam.
Antiochus syrie rex ierusalem petit. illam
Obsidet. hyrcanus regia bella timet.
Ex septem loculis qui circumstant dauid urnā.
Ergo duos aperit. multa talenta rapit.
Inde talentorum tollit tria milia. regi
Vt sua compescat arma. trecenta dedit.
De reliquis primum inops xenodochia primus
Instituit. populi miserans. et ora premens.

Res bene disponens in terdenis tribz annis
Claruit insignis· laude beatus obit·
Quinqz uirũ pueris natura beatat· 7 hoꝝ
Maior aristobolus· dat diadema sibi·
Restituit regnũ iudeę· quod sedechie
Tempore· dirupit crimen hebree tuũ·
Ter decies septẽ quadrigentos qz p annos
Et quinos· regni rupta corona fuit·
Sz nec aristobolus· nisi solo regnat in anno·
Qui matrẽ fecit· uincla necem qz pati·
Frater alexander· post hunc ius regis adeptus
Duxit alexandram· nomine teste patrem·
Hic tam dirus erat· qđ in annis sex· senioꝝ
Ac pꝛerum decies milia quinqz necat·
Octo uiros decies suspendit· qui scelus eius
Cernere non poterant· nec uoluere pati·
Iste duos post se pueros moriendo reliquit·
Hic erat hyrcanus· alter aristobolus·
Hyrcanus maior fuit ortu· sz minor alter·
Post matrẽ· regni cepit honore frui·
Hyrcanum torquet· amissi glã regni·
Debebatur enim iure corona sibi·
Vir pbus antipater ydumeus· consulit illi·
Vir sensu prudens· uir pbitate nitens·
Consulit hic ut eat· arabum regẽ petat· illi
Causam declaret· auxilium qz roget·
Ad regem pperat predictũ· cognita regi
Causa fit· hyrcani suscipit ille preces·

Milite collecto rex ierl'm petit. illam
Obsidet. ut clausos conterat arma mouet.
Sz crassus missus ab aristobolo sibi donis.
Corruptus. regis arma quieta facit.
Porro pompeio. citus pperante damascu.
Adsunt hyrcanus. antipater qz simul.
Cu prece. cu donis. illius pectora mulcent.
Reddat ut hyrcano. debita sceptra sibi.
Pompeius motus pce. ierl'm petit. illi
Spondet aristobolus. qs male soluit opes.
Ira uultum torquet. et aristobolu tenet. illu
Conicit in uinclis. cogit amara pati.
Muros ingreditur. templu subit. obstupet. heret.
Nobile cernit opus. sz nichil inde tulit.
Hyrcanus presul ibi declaratur ab illo.
Cogit ab hebreis ille tributa dari.
Vinctus aristobolus natiqz duo capiuntur.
Maior alexander. antigonus qz minor.
Istos pompeius pperabat duce romam.
Scaurum iudee iura tenere iubens.
Scauro succedens syriam galbinius intrat.
Antonius sub eo militat arma gerens.
Diuidit hebreos in partes quinqz. supbe
Iudee. frangens hac racione iugum.
Obsequiis. sensu. pbitate meretur amore
Illius antipater. antonii qz simul.
Claruit hic tanta titulorum laude. qd uxor
Iungitur insignis nomine cypris ei.

Hec arabum regis neptis natos parit illi
Quatuor. et natam. nomina queque nota.
Phaselus primus puer. herodes que secundus.
Tercius est iosephus. ultimus est pheroath.
Post hec hyrcanum galbinus ornat honore
Summi pontificis. quod facit esse ratum.
Post eius mortem syriam crassus tenet aurum
Qui cor habet crassum. tollit ab ede sacra.
Extrahit ex templo bis mille talenta. quod aufert
Viuens. et sitit hoc moriendo bibit.
Post preses syrie succedit cassius. utens
Antipatri monitis. consiliis que suis.
Nota pompeii nece. mitridatem ptolomeum
Antipatrum cesar. arma mouere iubet.
Hos ut pelusium capiant. ter mille uirorum
Agmine munitos. fortiter ire facit.
Illic antipatri uirtus. laus. gloria. sensus.
Enitent multa laude. decore nouo.
Memphitas primos reddit sub cesare. primus
Murum transcendit. prelia mira gerit.
Pluribus occisis. perfosus corpore toto.
Preter spem uiuens. uictor ab hoste fuit.
Anthonius marcus. et mitridates. id in aurem
Cesaris effundunt. facta decus que uiri.
Factus ad hec hylaris. ut uideret dominatum
Peuret. tractet. cesar honorat eum.
Cognatum que suum syrie prefecit honori.
Sextum preclarum stirpis honore sue.

Phaselum uocat antipater sub se dominari
Jerusalem facit hunc optima queque docens.
Preficit herodem galilee qui bene recte
Fortiter egregie se pacienter agit.
hic ezechie collum metit ense magistrum
Latronum gladians cum legione sua.
hic tanta terram galilee pace beauit
Vt titulos eius patria tota canat.
Cesar obit cuius post mortem tres oriuntur
Soles distincti sed rediere simul.
Noticiam notat hec solaris uisio trini
Solius que dei iam uenientem ihesum.
Sic bos agricole loquitur plus copia plebis
Ad presens deerit quam seges orta solo.
Malicus aspirans ad pontificis decus artes
Querit ut hyrcanum priuet honore suo.
Ergo uenena parat ut per famulum prius illa
Porrigat antipatro corruit ille bibens.
Vendicat ultor in hunc herodes uis uite uenena uenenis
herodes mortem morte dolum que dolo.
Gignit hic antipatrum de doside de mariagna
Gignit alexandrum gignit aristobolum.
Stirpe sua dosis ignobilis est mariagna
Nobilis hyrcani neptis amena genus.
huius amore calens tactus que cupidinis arcu
Se circumcidit proselitus que fuit.
Post illos archelaum genuisse refertur
Coniuge de mazecha que samaritis erat.

Phylippū post herodem· cleopatra natos
Ir̄lm parit huic· tempe quemq3 suo·
Post hec puppe noua facta· fracta· reparata·
herodes romam p̄ maris alta petit·
Qui fama celebris· merito pbitatis· amorē
Augusti meruit· antonij q3 simul·
Illi iudeę concessit utq3 coronam·
Ipsa senatorū gr̄a fauit ei·
Rex fc̄s rediȷ̄t· filo· ueny dius q3 daturi
In regno sceptri iura· secuntur eum·
S3 manus antigoni· corrupit corda hylonis·
Munere· ne regni gloria detur ei·
Antoni9 petiit aliq̄d post tempus athenas·
Quem iam cleopatre leserat intus amor·
herodes ꝓperans de fraude hylonis· in aurē
Antonij querit̄ concutit ira uirum·
Ergo uocat sosyum· iubet ut cū milite multo
Ir̄lm cingat· antigonum q3 premat·
Conterat antigoni uires· in culmine regni
Collocet herodem· paruit ille duci·
Ir̄lm cingit· capit antigonū· ligat· offert
Antonio· ferro quem ferit ille fero·
Post rome diadema datū· quartus fuit anni·
Cum caput herodis· non diadema capit·
Sic est fc̄a dauid regni t̄nslatio· regnum
Transit ad externum· te ueniente ih̄u·
Porro duos pueros quos ediderat mariagnes·
Rex romam misit· ut documenta bibant·

Antipater remanet cū dosȳde matre. patrus
Obsequiūs prius. regia iussa sequens.
Post studium pueri remeant quoꝝ fuit unus
Aureus eloquiis. turgida uerba sonans.
Quos cernens regno pater aspirare. repellit.
Heret in antipatrum. totus amore pater.
Ut sibi succedat in regni culmine. scriptis
Roborat. & post se sumat honoris onus.
Expulsi frēs romam petiere. querelam
De patre facturi. cesar in aure tui.

Explicit liber machabeoꝝ.
Incipit nouū testamentū.

Claruit herode uis regis agente. sacerdos.
Qui zacharie nomine. clarus erat.
Nobilis huic nupsit ex aaron gmīe giuis.
Elysabeth. sterilis hec fuit. ille senex.
Nobilitas moꝝ genus ornat nobile. clare
Styrpi. respondet actio clara boni.
Ad pia uota precū uir supplex. uxor egenis
Larga. sꝫ ad partum uenter auarus erat.
Ut zacharias incensum ponat. ut intret
Cum prece templa. sue postulat ordo uicis.
Angls̄ oranti gabriel apparet. & inquit
Vox tua clamorem. fecit in aure dei.
Elysabeth puerū pariet tibi. cuius in ortu
Gaudia mundus aget. & dolor gruleri.
Hunc cū lux ueniet octaua. iohis honora
Nomine. diuinū uox habet ista decus.

Dona sacri flatus in materna bibet aluo
Sz non uina bibet. uel qd obesse potest.
Reddidit ista senex gabrieli. me latet istud
Qua racione queat res tua uerba sequi.
Hoc etas phibet mea. coniugis aluus abhorret.
Fructus de sterili. surgere nescit humo.
Intulit ista seni gabriel. qz mens tua uitat
Clara meis u̅bis credere. mutus eris.
Nec solui poterunt tibi lingue uincl̄a. donec
Impleri uideas tempe cuncta suo.
Concepit sterilis coniunx de coniuge. qnqz
mensibz abscondens. nobile uentris onus.
De annunciatione domini.
Post missus gabriel in sexto mense salute̅
Affert mellifluam. uirgo maria tibi.
Hic petre fige stilum. tam clare uirginis ortu̅
Virtutem. spem. carmine finge nouo.
Tanto compluit hanc diues natura decore.
Qd imitata fuit. nil supesse sibi.
Non habuit similem non est habitura sequente̅.
Terra parens. fenix. hec fuit absqz pare.
Vnam nec maclam. natura reliquit in ista
Ad caput a planta tr̄nsuolat iste decor.
Colla. supcilia. coma. frons. ocli. gena. nasus.
Os. dens. labra. manus. pes. sine labe nitent.
Absqz pilis candor in colli colle diescit.
Nec niueum fuscat umbra pilosa decus.
Blanda supcilia uia lactea diuidit. asp

Non ibi frondescit. luxuriat ue pilus.
Lucidus est crinis capitis decor. emulus auri.
Non ibi castigant uincla magistra comam.
Frontis planicies albedine certat olori.
Siue niui. nullo que pede trita fuit.
Emittunt geminos oculorum lumina soles.
Ad quorum cedunt astra minora iubar.
Alba. rubens. gemino gena picta colore. maritat
In se purpureis alba ligustra rosis.
Candori socio rubor interfusus ibidem
Militat. a roseo flore tributa petens.
Nasi facturam moderatrix norma uenustat.
Non breuis. aut longus. sed moderatus erat.
Florum nobilitas ori contendere puro
Non audet. tantus ridet in ore decor.
Non hospes colit ora color. non fucus adult̄
Inclita nature dona uiciare potest.
Victores eboris dentes intellige. nullum
Tanti candoris india gignit ebur.
Quinque manus pollens digitis. extendere palmā
Plus didicit. pugnū q̄m retinere suū.
Molis corporee sustentans fortit̄ artus
More columnarum. firmus utque pedum.
Quedā assignationes beate uirginis.
Archa. colūba noe. fuit h. moysi rub⁹. aaron
Uirga. iacob scala. septupla pisca ioseph.
Nubes manna pluens. petra larga fluenta refundens.
Ptica serpentis. qui medicina fuit.

Funda dauid fundens lapidem qui perculit hostem·
Fons bethleem cuius ille sitiuit aquam·
Prefulgens eboris candore thronus salomonis·
Concha fluens rore pet gedeonis opus·
Urceus electri quod uidit in igne propheta·
In dominum semper ianua clausa domo·
Lampas prerutilans septem uicina lucernis·
Quam zacharias uidit· oliua uirens·
Cui decor est nomen· ex uirgis una duabus·
Terra creans cucumerem· quo perit umbra ione·
Solis amicta die mulier· cuius caput ornat
Bis sex stellarum luce corona micans·
Que iam perstrinxi de uirgine singula curtans
Ordine uult planum sermo uiator iter·
Ut det sermoni decus ordo decorus mauult
Pennam scriptoris aurea uirgo sui· Alleg·
Archa maria fuit· semen seruatur in illa·
Quod regit et seruat et tegit ista suos·
Ipsa columba fuit· oculos imitata columbe
Simplex et mitis et sine felle mali·
Hec rubus est moysi· rubus est immunis ab igne·
Uirgineum tetigit nulla libido decus·
Est uirgo uirga sine germine protulit illa
Flores· absque uiro protulit ista deum·
Hec est scala iacob· prece cuius munere cuius·
Exemplis cuius scandis ad alta dei·
Septupla spica ioseph· et cella cibi fuit almo
Pneumate concipiens panis alumpna sacri·

Manna dat hec nubes. laticem petra dum parit illum
Qui fuit esca poli. fons quoque perhennis aque.
Pertica uirgo fuit. que serpentem tulit illum
Qui nos sanauit. nulla uenena gerens.
Funda dauid fudit lapidem. quo funditur hostis.
Uirgo deum fudit. quo malus hostis obit.
Hec fons est bethlem. quem rex sitiit. quoque panem
Etheris in panis protulit illa domo.
Concha fluens rore fuso de uellere spreto
Gaudet uideo uirgo repleta deo.
Est thronus ex ebore salomonis. cella pudoris.
Facta dei sedes. candida sicut ebur.
Est uas electri. nitet argento. rubet auro.
Dum parit hunc unum. qui deus est et homo.
Ianua clausa manet. quam uir transire per illam
Non ualuit. uirgo concepit absque uiro.
Hec est quam septem cingebant lumina lampas.
Septeno xpi munere plena nitens.
Est et oliua uirens. quia lux est. esca. medela.
Lux cecis. miseris esca. medela reis.
Est et uirga decens. quia solis lumen et omnis
Celi candelas. uirgo decora premit.
Terra creat uermem siccans hederam quia xpm
Uirgo per quem flens synagoga perit. parit
Sole nitens mulier. quam bis sex astra coronant.
Bis sex discipulos astra fuisse reor.
Virgo tam celebris. tam nobilis exit ad ortum.
Cuius in exortu lux fuit orta reis.

Nunc metra formare de forma uirginis opto
Ornet deformem uirgo serena stilum.
Humanam spem transcendit forma puelle.
Excedens hominem numinis instar habet.
Pauperat artificis nature dona decori
Certans aurore splendid[us] oris honor.
Missus ad hanc gabriel suscepit aueto sigillũ
Uirgineũ retinens. es paritura ihm.
Scm concipies de sco pneumate mundũ
Qui mundus mundet. et sine fine manens.
Huis ubis credens gaudens octauo kalendas
Aprilis. uirgo concipit absq[ue] uiro.
Surgens inde petit pperans montana salutat
Elysabeth. fuit hec plena uigore salus.
Nam puer exultat materna clausus in aluo.
Tante uirtutis uerba salutis erant.
Q[ue] matre dñi cum diceret illa beatam.
Precinuit carmen uirgo beata nouum.
Cantans magnificat. et cetera que legis illic.
Ordine dicta suo. que canit illa deo.
Mansit ibi p tres menses sacra uirgo ministrans
Cognate. donec celitus illa parit.
Justor[um] q[uo]q[ue] liber docet hoc. q[uo]d s[an]c[t]a refert[ur]
A t[er]ra puerum. uirgo leuasse prius.
Orta dies octaua fuit. nup puer ortus
Fit circumcisus. lege iubente dei.
Insignire uolunt patris illũ noïe plures.
Ut zacharie nomen honoret eum.

Sz mater phibens facit hc fulgere iohis
Nomine. confirmat scriptio patris idem.
Mox patris lingue soluunt uincula plene.
Officium recipit lingua ligata suum.
Edidit et carmen dicens benedictus et illud
Totū qd sequit concinit ille deo.
Qd zacharias siluit gabriele iohis
Ortum plaudente femina typus qz fuit.
Lex siluit ueniente ihu. res depulit umbra.
Lex euglio cessit. imago rei.
Ad bona queqz puer crescens deserta frequntat.
Donec iudeis claruit ei opus.

De hesitatione ioseph.

Ventre ioseph gravidam cernens qz stupens qz mariā.
Querit ut abscedat. clam qz relinqt eam.
Sz monet angls hc in somnis. ut sua fiat
Coniunx. nil in ea cogitet esse mali.
Conceptū puerum de scō pneumate credat.
Imponens qz ihu nomen honoret eum.
Qui saluet pplm. qui mundū mundet ab omi
Crimine. sit miseris spes. medicina reis.
Paruit ille sacris monitis. uir uirginis ē
Gaudens. cū scā uirgine. uirgo manens.
Cur sacra uirgo uiro sit desponsata legenti
Causarū ratio sit manifesta trium.
Ne plebs infamet grauidā. partus qz puelle
Ut lateat sathanam. uir qz ministret ei.
De descriptione mundi.

Tempore precepit augustus cesar in illo
Orbem describi singula scire uolens.
Que rome suberant urbes uicos regiones.
Ut que debebant ibi tributa darent.
Ingreditur quoque ioseph cum uirgine coniuge bethlem.
Que panem uite panis in ede parit.
Xpc uera dies splendor quoque decus quoque dierum.
In domini natus creditur esse die.
Et quia duce deus dixit lux fiat ab alto
Descendens oriens fulsit in orbe nouo.
Angelus apparens pastoribus inquit in altis
Gloria laus quoque deo pax tibi fiat homo.
Incipiens quoque ihesus octaua luce uocari
Fit circumcisus lege iubente puer. De tribus magis.
Tercia post decimam lux uenerat ecce secuntes
Stellam ierusalem tres subiere magi.
Inquirunt ubi sit rex iudeorum puer ortus.
Nam nuper pueri stella refulsit eis.
Venimus huc dicunt ut adoretur infans deus
Cuius nos traxit ex oriente nitor.
Voluerat hic rumor herodem concutit urbem.
Scribe doctores hac nouitate stupent.
A scribis querit rex quis niteat locus ortus
Xpi quem cecinit pagina sacra locum.
A scribis fuit hec regi responsio xpm
In bethleem nasci scripta beata docent.
Admonet ergo magos rex ut faciant sibi notum
Inuentum puerum sic ut adoret eum.

Post hec u͞ba magi ꝑpetrant · et sydere uiso
Gaudia concipiunt · pficiunt qꝫ uiam ·
In cunis positum pueru͞ pannis adoptu͞ ·
Stans sup infantem stella choruscа docet ·
Ingressi qꝫ domu͞ · puero cu͞ supplice uoto ·
Auru͞ · thus · myrram · tres tria dona ferunt ·
Nomina certa trium sunt ista · damasce͞ amet ·
Appellus · lingua sicut hebrea sonat ·
Galgalath hic dictus · hic masalath · iste saracum ·
Si grecam lingu͞a consulis · istud habes ·
Quid thus designet · quid adumbret myrra · qd auru͞
Exprimat · inquiro · pagina sacra docet ·
Mortuus in myrra · xpc signatur · in auro
Rex · in thure deus · sunt tria forma triu͞ ·
Huic offers myrram credat̃ mortuus · auru͞
Si regem credas · thus uenando deum ·
Qd latet in donis alia racione notata ·
Declarant aliud · regia dona michi ·
P myrram macerata caro · doctrina p auru͞ ·
P thus signatur · uox lacrimosa precum ·
Dat myrram qui se macat · thus quilibet orans
Cu͞ lacrimis · auru͞ · qui sapienter agit ·
Anglico monitu post mystica munera · tres
In ꝓprias · alia tres rediere uia ·
Implens uirgo dies quibꝫ est purgatio nom͞ ·
Ihrlm ꝑperat · templa beata subit ·
P puero · sicut lex precepit datur ara ·
Siue duplex turtur · siue colu͞ba duplex · De sc͞o Symeone ·

Scs adest symeon· puerū qz tenendo ꝓphat
De puero· qd sit nr̄a beata salus·
Nunc dimittis ait in pace tuū dn̄ator
Seruū· nam uideo lumen adēe nouū·
Anne sermo nouus· simul hanc auxit nouitatē·
Que noua de pueri cepit honore loqui·
Sensit ut herodes se delusum· dolet· iras
Concipit· insanit corde· furore strepit·
Infantes bimos· ac infra· ꝓ nece xpi
Per bethlem fines ense ꝑire cupit·
Sz dn̄i monitu· puerum cū uirgine scā·
Scs in egyptū fert ꝓperando ioseph·
Dum sic herodes tractat· rome sibi natis
Hunc responsurū· cesar adesse facit·
Fit pax· ille redit· rediens pueros facit om̄s
In cunctis bethlem finibz· ense meti·
Post· 7 alexander· 7 aristobolus· duo nati
Herodis· ꝑeunt patre iubente suo·
Ista ꝑ antipatri fraudē fiunt mala· post hec
Testibz adductis· nota fuere patri·
Hunc ergo trahit in causam patris ira cruenti·
Hec coram uario iudice uerba mouens·
Laude nitens uaria uir uergy uare querelas
Et lacrimosa senis uerba tenendo nota·
Qd scelus antipatri nulli ueniale uideri
Possit· ꝓ certo nunc ego uare scio·
Me tamen ante tuos oclos magis inde grauari
Arbitror· ac odium me generare nouum·

Qui genui pueros patricidas. morte paterna
Gaudentes. celeres ad scelus omne nimis.
Sed nunc de pueris illis taceo. quibus asper.
Et quibus offensus. et quibus hostis eram.
Et quorum iustas causas aduersus iniquum
Antipatrum spreui. durus et iniquus eis.
Qui nullas in me causas habuere doloris
Ac odii. nisi quod plus erat iste placens.
Plus michi dilectus. plus prelatus. magis aptus.
Plus aliis pueris dignus amore patris.
Quem quasi consortem regni mea gratia fecit.
In regno natus nec tamen ille fuit.
Hunc quia maior erat natu. seruare minores
Credebam. pueros more iuuare patris.
Nec tamen est factus pueris tutela. sed hostis.
Non pietate parens. sed pietate carens.
Qui premat inuidia generis fulgore nitentes.
Infirmos firmet ad scelus. arte. dolis.
Incautos fallat. lapsos accuset. amantes
Amentes faciat. innocuosque grauet.
Abstulit ille meos mihi natos. compulit illos
Ad facinus. fraudes. insidiasque patris.
Compulit hic animum patris ad mortem puerorum
Mellea uerba mouens. mente uenena fouens.
Iure quidem dolui fractus merore. quod illi
Quos genui quorum nobilis ortus erat.
Uare quibus dederam spem regni. quos et amaui
Ut pater. absque dolo. me petiere dolo.

Nec tamen oderunt in me patrem. sed iniquum
Antipatrum. qui fas criminis omnis erat.
Hii perire quidem sicut doleat pater inde.
Gaudeat antipater. hic letat. ille metat.
Inquiris uates quis eos occiderit. audi
Cui mors illorum profuit. iste fuit.
Qui successores multos habuit prius uni
Fratri defunctis fratribus aula patet.
Nec satis est frater fraterna morte cruentus.
Ad scelus omne celer. lentus ad omne bonum.
Postquam non habuit fratres quos lederet ultra.
Odit et infestat. persequitur que patrem.
Visus et huic ego sum plyram ducere uitam.
Cui successores abstulit ira mei.
Funeris hora mei non expectatur. honoris
Mercedem patris uult prius esse necem.
Reddidit ergo mi serpens pro melle uenenum.
Pro dono dampnum. pro pietate nefas.
Hunc que prelectum collegi sanguine claris
Preposui. meritum reddidit ecce michi.
Nam cum tanta fuit de cunctis fratribus uni
Quanta tibi uulpes. quanta cruente leo.
Quem uiuens sceptro regalis honoris apto
Heredem statui. quod solet esse notum.
Pestifer in fructus decies tibi quinque talenta
Dum romam properas. inde trecenta dedi.
Augusto scripsi te commendans. quasi solus
Filius existas. dignus amore patris.

Nil michi servavi quo deberem patricide
Tela timere· sz hinc plus metuendus erat·
Hoc armavit eu̅ magis ad fraudes· qd̅ amore̅
Cesaris 𝀏 patris vidit inesse sibi·
Quid tantu̅ sceleris fr̅s egere· qd̅ istos
Compulit ad morte̅ fraudib3 iste suus·
Que mala sunt fr̅m tam certa patent· ut hui⁹
Cui fraus cuius crimina cuiq3 patent·
Sz patricida dolis temptans involve̅ veru̅
Ad mea u̅ba gemit· rumpe verba parat·
Pare· cave fictos gemit⁹· quos absq3 dolore
Sz non absq3 dolo pdit iniqua lues·
Hic ab alexandro patru̅ revocavit amore̅·
Fingens qd̅ multos iungeret ille sibi·
Qui clam· qui furti mea da̅pna nece̅ qsitu̅rent
Quor corda suis fregerat ille dolis·
Non ideo debes pater inqt crede̅ cunctis·
Nec presens multis omnib3 esse tuus·
Corda· dolos· actus illor se simulabat
Noscere· subtili singl'a fraude notans·
Hic erat ad lectu̅ ductor meus· iste soporis
Dispensator· 𝀏 ut tutor ab hoste meus·
Istius officiis· de fr̅m morte suor
Lenior· 𝀏 levior cepat esse dolor·
Credebam qd̅ eos michi redderet ipse dolore̅
Auferret penitus p pietatis opus·
Iste medela mei meroris· causa salutis
Iste mee· custos corpis iste mei·

Nescio quo pacto supest in uita dolosi
Qualiter euasi uincla furta manus.
Qui me cōmisi solum soli tibi neqm
Vipera que sola cauenda michi fueras
Pre cunctis stupeo qđ ñ me scilla uorauit.
In cuius positus guttture totus eram.
Viuere nec uideor in. sz uitam puto somnū
Esse meū nouitas cor in tanta tenet.
Plango mee tormenta domꝰ gemo uare qđ orba
Sit pueris. non sit orba dolore tamen.
Sz tn est tam grande scelus. tā crim acerbū.
Quelibet in patriā fraudibz ire necem.
Vt non euadat. ut non euadere possit.
Qui parat effusor sanguinis ẽẽ mei.
Nec parcam natis in quos nata reliquit.
Quin cōmissa luat. que notat ista lues. Responsio
Dum sic herodes heredis uulnat aures. Antipatri
Heret in his ũbis cōprimit ora dolor.
Qui iacet ante pedes patris antipat uelut ictus
Vulnere surgit. et hec ũba gemendo uomit.
Tu uelut offensus. tu tanqm saucius ira
Me pater accusas. uerba doloris habens.
Sz michi nulla quidem deffensio maior habet
Qm tuus accusans sermo qđ opto refers.
Qui me pclamat. qui me pnunciat omi
Tempe. custodem corporis esse tui.
Dū pater accusas g defensor haberis
Votis respondent ũba paterna meis.

Quo pacto merear igitur patricida vocari. Quedam
Qui te teste fui tutor ubique tuus. interrogationes.
Qua ratione reum me criminis arguis huius.
Cum neque cogitet hoc quis in mente carens.
Quod sit apud mundum nimis horrendum quod multum
Non sinat in mundo iudicis ira dei.
Quod scelus hoc latebras non inveniat neque penam
Evadat fratrum pena docere potest.
At dicis supra quod quidam compulit illos
Invidie stimulus ad patris ire necem.
Quod me cernebant sibi preferri quibus ortus
Illustris mores ingenium que dabat.
Ut velut ex ortu matrio regna reposcant
Debita dicentes a patre rapta sibi.
Ast ego nescivi nisi de te querere regnum.
Velle placere tibi poscere velle tuum.
Porro quod illud erat quod me compellere posset
Ad scelus ad fraudes ad tua dampna pater.
An cogebat ad hec me regni dira cupido.
Non quia regnabam rex velut alter eram.
An mala me cogebat ad hec odii metuendi
Suspicio minime nam tibi gratus eram.
An me cogebat iniusti causa doloris.
Non quia prelatus omnibus unus eram.
Si formido mei dominatus compulit illos
Ad facinus soluar crimine mundus ero.
Nam qui prelati sunt in patres meditari
Non novere malum sed fugiendo nefas.

Sz puto forte pat̃ aliquis met' impulit ex te
Nascens ut metuas qđ manet absq; metu.
Quippe timere nichil nisi ꝑ te mens mea nouit.
Vt tua testantur uerba notata michi.
Nam m̃ quid timeam ꝑ quē securus agebas
Vitam. qui patris tutor amator eram.
An pat̃ ad facinus me dira coegit egestas.
Que miseros inopes furta docere solet.
Sz tantū dederas qđ temp' in om̄e redundet.
Copia quippe m̃ plena fluebat opum.
Ad romam missus argento diues ⁊ auro
Illic ꝑmansi tutor ab hoste tuus.
Denique sabbatū qui prudens fidus amicus
Augusti rerum qui moderator erat.
Quem silleus attyr. tuus emulus ⁊ tuus hostis.
Contra te donis frangere ꝑmtus erat.
Hunc ita mutari tibi cepi. tutor ut esset
Ipse tuus. fieret hostis iniquus ei.
Sic ut detegeret fraudes illius ⁊ hor
Insidias. mortem qui sicere tuam.
Qualiter ergo pater mereor patricida uocari.
Per quem respiras tutus ab hoste tuo?
Dum latet assisto. dū tractat iniqua repello.
Dum negat adduco. singula cogo loqui.
Nil loqueret possem patruū scelus haud meditari
Ad fructum sceleris huius habere tamen.
Si totus fuerem. fer' ut feriens fera. totus
Ferreus ut ferrū. dirus ut asp̃ aper.

Vt leo crudelis · mordens ut tygris · iniquus
Vt pungens aspis · instimulans ut apis
P bonitate tamen m̄ collata · tibi lenis ·
Mitis · amans essem semp̄ · ⁊ absq; malo ·
Vt nullū tibi preferrem · te corpe toto
Ptegerem · frueret semp̄ amore tuo ·
In mea te clausū fieri si posset haberem
Viscera · te retinens cordis amore pater ·
Nobilib; me pretuleras · matrem q; uocasti
In regnū · regni que uelut exul erat ·
Et ueluti consors · ⁊ non successor habebar
Imperij · quasi rex ipse secundus eram ·
O miser antipat̄ · cui gr̄a tanta bonoꝝ
Risit · ut inuidiam gigneret illa tibi ·
O q̄m stultus ego discedens patre relicto ·
Sic dat̄ insidijs · inuidie q; locus ·
Nam dū pgo · moror rome · p patris amore ·
Est m̄ raptus amor · est m̄ rapta salus ·
Inde quid ascribam m̄ non habeo · tū ut te
Defendam · tuear · tu pater ire iubes ·
Sylleus n̄ preualeat · ne uis tibi regni
Eripiat · coram cesare pugno · moror ·
Testis roma mee pietatis · testis ⁊ orbis
Terraꝝ princeps cesar · ubiq; potens ·
Arbit̄ ille mei cordis · me patris amantē
Appellans totū fecerat esse suū ·
Testet̄ cesar m̄ q̄d de patre loquebar ·
Cū mea uox apud h̄c posset obēē tam̄ ·

Sis testis cesar quid de causis aliorum
Vox tua firmabat iudicium qz tuum.
Qui tanti sceleris qd vendicat a patre celso
Nomen servator verus et ultor eras.
O nunc si presens tuus inclite cesar adesset
Sextus sed procul est roma thronusque tuus.
Nunc sine te princeps adiudicor a patre presens
Es tamen in scriptis que modo gesto tuis.
Offero scripta patri tua que metuunt patricide.
Que metuunt quos illi sua culpa gravat.
Suscipe scripta pater que producunt in apto.
Que cupiunt tantum non latitare scelus.
Cesaris hos apices fero qui dudum tuus ultor
Extitit instructor sit tuus ille modo.
Que quibus es dudum pater usus ut ultio detur.
Utere nunc istis fiat ut inde salus.
Defero scripta mei testantia cordis amorem.
Que tibi direxit cesaris illa manus.
Te regem magnum fecit regis manus ardens
Imposuit capiti que diadema tuo.
Me prius odisset si me similem didicisset
Fratrum sceleris regius ille vigor.
Sed me cognovit servare fidem et causam
Frangere sylleri pellere verba rei.
Nam nisi pugnassem contra velut hostis in hostem.
Verbis et rebus vicerat ille reus.
Vo miser hinc hodie penas adiudicor illi.
Pro qz reo tanquam iudicor esse reus.

Queso memento pater qui non mare sponte subiui·
Cernebam foueas· furta· patere michi·
Me tamen optaui potius seruare periclis
Quam uitam· quam te· quam diadema tuum·
Hoc doleo· quod apud te naufragus exto· quod hostis
Esse tuus uideor· quod grauior ore tuo·
Naufragium patiar modo· si paciantur apud te
Naufragium scripta regia fida michi·
Hos apices habeo testes· hijs testibus utor·
Est codex cordis· arbiter iste mei·
Te non imploro pie cesar ut audiar· immo
Ut magis absoluar postulo· queso· precor·
Quod si iudicium tractandum credis· ab illo
Ad te festino· tractus amore tuo·
Infelix utinam non a te longius issem·
Sed me iussisti longius ire pater·
Me uelut incertus rerum dubiusque futuri·
Naufragio talis dum pater ire iubes·
Primus eo romam· pago tua iussa· teutor
Syllei uictor· regia sceptra fero·
Ipsa mei cordis elementa fatentur amorem·
Ecce mei testes sunt· mare· terra· polus·
Per mare per terras uenio· nil passus acerbum·
Puniri meruj si patricida fui·
Me polus absoluat· qui non fulmina misit·
Nil nocuere mihi grando procella· lapis·
Absoluat tellus quod non absorbuit· equor
Quod non demersit· undique tutus ego·

Hoc non euadit. etiam qui non genitalis
Est homicida patris. et sua facta luit.
Terra patens et hians. abyron que datam que uorauit.
Et tellus offam fecit utrumque suam.
Nec tamen in morte patris genitalis iniqui
Extiterant. et eis terra nouerca fuit.
Pulcher crine puer patricida pependit adherens
Ramis. ne posset ad patris ire pedes.
Qui si uenisset patris inuenisset amorem.
Et sceleris ueniam. nequicie que sue.
Nunc ad te uenio pater. et necdum pietatem
Inuenio. fio naufragus absque freto.
Rex qui non potuit seruare suum patricidam.
Ultor in auctores ex pietate fuit.
At et ego de propriis inimicis non mihi posco
Vindictam. nec eos aspera quero pati.
Ad tormenta reos ego nolo uocare. luentes
Inuidie penas. nequicie que sue.
Ne penis aliis credas. unum rogo de me.
Contra me penas queso require pater.
Queso tuum suspende reum. fluat unda cruoris.
Qui solet ad celos crimina tanta loqui.
Pix ardens. oleum feruens. crux ardua. mucro
Pungens. flamma uorans. ignia membra necent.
Me pater absolues a crimine. si michi parcens
Fraude carere probas. si cruciare negas.
Non aliquis debet merito patricida uocari.
Quem dignum sola morte perire facis.



voir la suite du texte
dans l'exempl. B⁴ 4° 15
f.t 126. v. 816. -

Liber qui ancora dicitur ~~p. 16. p. 16~~

~~[illegible]~~

liber sce marie clareuall

[illegible] de 4[illegible] non [illegible]
[illegible] . sed optime scripta

D. [illegible]

[illegible]r Aurora
Continens Nov[illegible]
Testam. ex part[illegible]
Vetus [illegible]
versibus Exponitum
[illegible] Petro de Riga.
[illegible]nico Remensi.





